
ETRVSC
ANTIQV.
FRAGM.



1637 Frankfurt [Florence].
5 folding maps, plates & charts, repaired at folds
Many illos & reproductions in text, some
full page
Marginal repair to last leaf

One of the greatest of all literary
fakes – see enclosed print-out
for an outline

Upper joint cracked, otherwise
a very good copy, with Cardinal's
book-plate!

Rare

ETHRVSCARVM ANTIQVITATVM FRAGMENTA.

ETHRVSCARVM ANTIQVITATVM FRAGMENTA,

Quibus Vrbis Romæ, aliarumque gentium primordia, mores, & res geſtæ indicantur

A

CVRTIO INGHIRAMIO

REPERTA

Scornelli propè Vulterram.

DVPLEX INDEX
omnia edocet.

FRANCOFVRTI
Anno Salutis M. DC. XXXVII.
Ethruſco verò cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ CCCCXCV.

INDEX
MATERIARVM.

IN PRIMO LIBRO
hæc habentur.

SECVNDVS LIBER
hæc continet.

TERTII LIBRI
summarium.

A

B

C

Signum

QVARTI LIBRI
Argumenta.

B

C

CVR-

Curtius Inghiramius Lectori. A

ANTIQVAE memoriæ fama, quæ Proteo simi-
lis in mille variarum formas rerum, & prodigia
sese conuertit, haud scio, plausumnè admiran-
tis animi mereatur, an lacrymas deplorantis: sci-
licet nuda veritas, cui nec larua, vt cum Poëta
loquar, nec Tragicis opus est cothurnis, aspici sine
luctu non potest, quam pigmentis veterum, & fu-
co obductam, latentemque vix aspicimus; Sacri tantum libri, quos ve- B
lut interpretes æternæ Sapientiæ veneramur, dum ab ipsis Mundi pri-
mordijs obscurissimæ vetustatis res gestas repetunt, mendacij suspicio-
nem Oraculorum diuinitate superarunt. Aliorum volumina, vel cum
Auctoribus perierunt, vel Græcorum calamistris impudenter exculta,
meras nugas interdum proponunt, & somnia: Hinc adeò Ethrusci quo-
que nominis decora tenebris obuoluta delituère, vixque laboribus propè
dixerim Herculeis, factum est, vt collectis hinc indè monumentorum
fragmentis plausum nanciscerentur aliquem in Theatro. Verum inter C
tot quasi labyrintheos errores filum felicitas obtulit, euentuque mira-
bili iacentem in sepulcro Ethruscorum gloriam, cui longus iamdiu pa-
rentauerat dolor, euocauit in lucem. Hanc ego Typis triumphali tan-
quam curru ad æternitatem prouehendam satius duxi, quàm si apud
me solitaria delitesceret. Id plerisque Italiæ Ciuitatibus, nè dum Thu-
sciæ quam gratissimum spero futurum, eo certè nomine, quod ipsarum
origo scripturis hisce, quas effodimus, facem præferentibus longè, quam

hactenus credidère, conspiciatur illustrior. Totus planè locus erutus haud est: quamquam enim piaculum ipse non censeo, quod Plinio visum est nefas, ire in viscera terræ, & in sede Manium opes quærere, atque huiusmodi presertim eruditæ reliquias antiquitatis; vires tamen nostræ demoliendis illicò montibus impares sunt: Interim verò vberiorem horum Montium partum diutius expectassent litteratorum ingenia, atramentique color, quod paulatim deficiat, penitus vnà cum Char-
A *ta disperijsset. Nimirum, quod humi diù seruatum est, citò dissoluitur, nec patitur solis, & aëris effascinantium oculos.*

A Prospero Fesulano igitur dedita opera sparsim in visceribus terræ Scornelli fuerunt hæc olim abscondita, nostra verò tempestate à me fortè fortuna in lucem euocata, et in vnum redacta. Nihil ex meo addidi, nisi ordinem; nam quem casus tulerat legentium conturbasset Mentem; attamen in marginibus apposui, nè ille quoque desideretur. An omnia ederem, hæsitaui diù, vaticinia præsertim, & regulas augurandi; sed omnia proferre suasit ratio, vt Christiana pietas dignoscat, quam mise-
B *rè cæcutierint, qui se prudentiores existimabant, & quam vanè studium in his nugis insumerent, qui se operosiores diudicabant. At si quando inter sexcenta mendacia verum prædixisse contigerit, non id certitudini tribuas artis fallacissimæ, quam Christianis meritò damnatam legibus attestamur; sed imperuijs humanæ menti diuinæ Prouidentiæ consilijs; quibus etiam adscribas, Magni Regij aduentum ab Auguribus esse decantatum. Characterum diuersitatem (quot enim auctores, tot sunt variæ formæ, effingere decreueram, vt si exemplaria ab vniuersis inspici nequeant, saltem exempla ad veritatem expressa perspiciantur.*
C *Scripturarum multitudo, quæ multum temporis exigeret, & transcribendi difficultatem auxit, & consilium meum mutauit: attamen quamplurimi cum ipsarum chartarum forma incisi sunt: ipsi quos reperimus ad vnguem repræsentant. Quo pacto, & quo loco eruta sint breuiter, ac germana fide exponam.*

Vulterra, quam alij hucusque Volaterras nominarunt, ab auctoribus tùm antiquis, tùm Recentioribus inter primores duodecim Thusciæ

Vrbes recenſetur, ac nonnulli principem ei locum adſignant. Ea poſt eiectos Reges, poſt Lucumones, poſt Præſides, Romanorum Municipium conſtituitur; à Triumuiris deindè Colonia efficitur. Huiuſmodi regimen ad Honorij Imperium ſeruat. Gothi deindè, & Oſtrogothi ea potiuntur, ex quorum manibus Iuſtinianus eripit. Poſtremò Longobardi occupant. His à Carolo Magno ſublatis Caſtaldorum Magiſtratus vſque ad Bernardum Italiæ Regem Vrbem adminiſtrat. A Ludouico Pio deindè Imperij Ciuitas efficitur, & Vulterranus Epiſcopus in Ethruria Princeps denominatur. Tunc Familia Lambardia Tyrannidem inuadit, quapropter ab Vnnis penè deſolatur. Hinc Otho Magnus nouis, qui adhuc extant, muris eam circundat, ac Præſuli reſtituit dominatum. Verum ad Ciues ipſos ſummum Ciuitatis ius peruenit ex quorum primoribus duo annui Conſules Rempub. exercent. His Antiani ſuccedunt, ac demum Priores duodecim, et Concilinm generale ex lxx Ciuibus. A Guelfis verò, & Ghibellinis dilaceratam Belfortes tyrannidis iugo præmunt. His Ioannis Inghiramij opera expulſis, Vrbs in priorem ſtatum reducitur: ſed nouæ Ciuiles exortæ diſſenſiones ſub Florentinæ Reip. ditionem redigunt. Veruntamen Clementis Septimi auxilijs in libertatem vindicata, Alexandro Mediceo ſe dedit, & ſub Magni Ethruriæ Ducis, cuius auſpicijs optimè regitur moderamine fideliſſime perſeuerat. Veſtigia, quæ extant ipſius amplitudinem indicant: Ex hiſce ſcripturis maximo cum labore, ſummaque diligentia, quem intueris noſtræ Vrbis Typum expreſſimus. Multa forent in ipſa Vrbe apponenda, immò etiam & ſuburbia amplioris longitudinis, & latitudinis, vt ex repertis ſcripturis, & veſtigijs quibuſdam apparet, quæ dum hic typus incideretur non conſtabant.

A

B

C

ANTIQVISSIMVS VVLTERRÆ, REGIÆ OLIM THVSCORVM VRBIS, TYPVS EX MONVMENTIS, ET VESTIGIIS ANTIQVITATIS, DESVMPTVS



Dominicus Vadorinius Pomaranciensis deline auit.

A. Columne Lij. cũ monumẽtis Coloniarum Vulterranorum.
B. Obelisci VI.
C. Obelisci XXIV.
D. Columnæ VIII.
E. Altare Vandimonis
1. Porta Felix.
2. Porta Herculis
3. Porta Solis 4. Porta Iani
5. Porta Diane 6. Lucus Herculis.
7. Arcus Elbii Veri
8. Templum Penatum sine Ostio, & sine fenestris
9. Porta Vandimonis
10. Porta ad Siluam Nemorosam.
11. Templum Saturni
12. Templum Osiridis
13. Porta Brodone 14. Choricia.
15. Ædes Francasiorum.
16. Templũ Rheæ 17. Thermę Regis
18. Curia. 19. Templum Iunonis.
20. Teplum Crani. 21. Tẽplũ Aretię.
22. Platea Tribunicia.
23. Magna platea. 24. Fons Aldingę.
25. Circus Artabani.
26. Platea Vrisierum.
27. Angulus Pelasgorum.
28. Vicus Iasij. 29. Ædicula Lunæ.
30. Forum Pretorium.
31. Collegium Equitum.
32. Ædes Magistri Equitum.
33. Templum magnum Herculis.
34. Platea Salinatorum cum Ædibus, Vbi sal asseruabatur.
35. Ager Victorię.
36. Templum Iani.
37. Colossus Saturni.
38. Templum Salutis.
39. Vicus Atriariorum.
40. Ædes familię Pomarię.
41. Via Cathecasia.
42. Templum Esaris Maximi.
43. Ædes Dorię Familię.
44. Colossus Iani.
45. Forum Tirrenum.
46. Ager Martialis.
47. Vicus Volturrenorum.
48. platea Histrionum.
49. Porta Mercurij.
50. Ædes Flaccorum 51. Vestales
52. Ædicula Mineruę.
53. VIA Olanonia.
54. Ianum Mercurij.
55. Templum Martis. 56. Gordum.
57. Collegium Augurum.
58. Forum Langiorum.
59. Platea Barcouisti.
60. Templum Neptuni.
61. Templum Lamnon.
62. Templum, vel Antrum Deorum Infenorum.
63. Fons Volturreni.
64. Arx. 65. Ædes Lucumonis
66. Hortus Lucumonis.
67. Templum Vertumni.
68. Platea Salgamarorum.
69. Templum Vandimonis.
70. Ædes Maurorum.
71. Via Tarcontina.
72. Ædes Cecinnarum.
73. Via Ergia.
74. Vicus Primus Pelasgorum
75. Vicus secundus Pelasgorum.
76. Angulus Iasii.
77. Angulus Pericus.
78. Thermæ Lucumonis
79. Ædes Moriconiæ.
80. Ædes Vxoris Pontificis.
81. Ædes Sagorum.
82. Ædes Pontificis Maximi.
83. Via Meonia.
84. Via Enachia 85. Via Vera.
86. Vicus Penatum.
87. Angulus Camesis.
88. Via Tharis
89. Mons Vandimonis.
90. Templum Pestilentiæ.
91. Lucus Vandimonis
92. Fons Agri Nigri.
93. Columna cum Occi Statua
94. Domus Burnianorum.
95. Via Ocagia.
96. Vicus Crani.
87. Angulus Talli
98. Ædes Olaniæ.
99. Ædes Petronię.
100. Arcus Lucri Cecinnę.
101. Templum Herculis extra portam.
102. Templum Victorię.
103. Templum Apollinis.
104. Fons Solis.
105. Villæ Hesperiæ.
106. Sepulcrum Regis Iani.
207. Templum Dianæ.
108. Fons Liberi
109. Templum Veneris.
110. Sepulcrum Occi.
111. Ædicula Gratiarum.
112. Templum Bacchi.
113. Ædicula Sabatij
114. Ager Iunonis.
115. Sepulcrum Tirreni.
116. Fons Ciprię Calenæ.
117. Via Bacchi.
118. Fons Itali.
119. Ancironę.
120. Templum Hesperi.
121. Vallum.
122. Sepulcrum Iini Mauri.
123. Naumachia.
124. Templum Cranę.
125. Angulus Tomblei.
126. Statua Fortunæ.
127. Arx Tirreni.
128. Templum Esculapij.
129. Area Razenuæ.
130. Ædes duodecim Gubernatorum
131. Via Armenia.
132. Angulus Spugiorum.
133. Ædes Venelæ.
134. Arx Brodonę.
135. Templum Mineruæ, Cereris, et Ogigis.
136. Templum Brodonæ
137. Templum Vandimonis et Vertumni
138. Piscina.
139. Fons Menippi.
140. Forum Gergiorum.
141. Theatrum,
142. Via Sincina
143. Via Chrima.
144. Via Orca.
145. Porticus.
146. Angulus Coribantis.
147. Campus Ilicis.
148. Templum Fortunæ.
149. Arcus Rheæ.
150. Amphitheatrum Iani.
151. Aquæ Oscæ.
152. Templum Tirreni.
153. Ædes Marciorum.
154. Vicus Rudis.
155. Via Occi.

TANTVM ÆVI LONGINQVA VALET MVTARE VETVSTAS



1. Eccle/ia Cathedralis.
2. Templum S. Ioannis Bapti/te.
3. Canonica.
4. Palatium Epi/copale.
5. Palatium DD. Priorum.
6. Societas Mi/ericordiæ.
7. Palatium Prætoris.
8. Apoteca Salis.
9. Porta Herculis.
10. Templum S. Alexandri Pæ pæ & Martiris.
11. Ecclesia S. Antonij.
12. Cœnobium S. Augu/tini.
13. Ecclesia S. Barbaræ V. & M.
14. Societas S. Barnabe Apo/t.
15. Teplũ nouũ S. Petri Apo/t.
16. Templum vetus S. Petri Ap.
17. Porta Solis, hodie Silicis.
18. ARX.
19. Ecclesia, & Ho/pitale Lazari Mendici.
20. Societas S. Lazari Epi/c.
21. Fons Silicis.
22. Fons Vello/i.
23. Ecclesia S. Hieronimi. & Cœnobium Ob/eruantiæ.
24. Sacellum S. Sebastiani M.
25. Porta ad Fontem Marçoli.
26. Fons Marcoli.
27. Eccl. S. Andreæ Apo/toli, & Cœnobiũ Montis Oliueti
28. Porta Mercurij.
29. Porta Iani.
30. Fons Docciolæ.
31. Porta Dianæ.
32. Oratoriũ S. Mariæ Niuis.
33. Porta S. Angeli.
34. Ecclesia S. Michaelis.
35. Societas S. Michaelis.
36. Ho/pitale S. M. Magdal.
37. Societas S. Mariæ Virg.
38. Collegium Augutum.
39. Sacellum S. Christoph. M.
40. Porta S. Felicis.
41. Fons S. Felicis.
42. Mona/t. S. Lini PP. & M.
43. Societas S. Mariæ Magdal.
44. Societas S. CRVCIS
45. Cœnobium S. Franci/ci.
46. Societas Nominis IESV.
47. Oratorium CRVCIFIXI
48. Mons Pietatis.
49. Societas S. Bernardini.
50. Monasterium S. Dalmatij
51. Porta Pi/ana.
52. Sacellũ S. Mariæ Ro/arũ.
53. Eccl. S. Stephani Protom.
54. Statua Martij Romani.
55. Fons S. Stephani
56. Societas S. Stephani.
57. Porta Brodonæ.
58. Sacell. S. Mariæ de Peneræ
59. Eccl. S. Ioannis Euangeli/tæ, & Mona/t. S. Claræ
60. Eccl. S. Martini Epi/copi.
61. Eccl. SS. Iu/ti, & Clemẽtis
62. Porta Vandimonis. hodie Dimaldringæ.
63. Fons Dimaldringæ
64. Sacellũ S. Thomæ Apo/t.
65. Mona/t. S. Marci Euang.
66. Porta S. Marci
67. Sacell.ũ SS. Actineæ, & Græcinianæ VV. MM.
68. Eccl. vetus SS. Iu/ti et Cle.
69. Societas S. Iu/ti.
70. Abbatia S. Saluatoris
71. Eccl. SS. Actineæ & Græc.
72. Societas S. Alexandri.
73. Cœnobium Capuccinorum

Noſtra autem ætate in ſuperiori reſidens parte, his quos vides limitibus continetur, & vndique circumducta antiquitus mœnia conſpiciuntur, vt ex proximè præcedenti deſcriptione.

Diſtat à Vulterra meridiem verſus non inelegans collis tria millia paſſuum, in quo Inghiramiorum Familia Villam posſidet cccxxx. ab hinc annis, Scornellum dictam. Huius Collis radices plura Salinarum ædificia illuſtrant, ſed ipſum collem ſupra centum ſexaginta annos Progenitores noſtri ciuilibus agitati disſidijs, & anguſtijs presſi incultum, & ſine habitationibus tenuère, quoad Inghiramus proauus meus locũ et cultura, et ædificijs ornaret. Ad nos nulla vnquàm emanauit traditio, caſtrum, aut arcem ibidem fuiſſe, quinimmò in tabularijs tùm Ciuitatis, tùm Abbatiæ Sancti Iuſti, tùm Epiſcopatus, vbi antiquitatis egregij codices, & membranæ adſeruantur, ab ipſiuſmet Caroli Magni temporibus, nulla fit mentio Scornelli, aut caſtri Salinarum, cum ibi enumerata ſint quam plurima oppida, quorum pleraque eò redacta ſunt, vt nè veſtigia quidem ſuperſint. At monumentis hiſce repertis, quæ agreſtium caſarum ruinæ exiſtimabantur, Caſtri, & Arcis Inſignia prout hic expresſimus ſunt deprehenſa.


A

B

C


SCORNELLVM
CECINA FLVMEN
ZAMBRA FLVMEN
Scornellum Inghiramioru
Villa, olim castrum ut exhis
uestigijs apparet
Dominicus Vadorinius
delin
Villa Scornelli
2 Prima pars arcis
3 Secunda pars arcis
4 Tertia pars arcis
5 Scornellinum
6 Fataglianum
7 Casa blanca
8 Villa S. Ioannis
Poppianum
Salina S. Ioannis
11 Salina S. Laurentij
12 Salina S. Lucæ
13 Salina S. Mariæ
14 Ruinæ Templi Dianæ
15 Ruinæ Templi Vandimonis
16 Ruinæ

Igitur cum ibidem ruri degeremus anno M. DC. XXXIV. & cum à prandio piſcatum iremus die B. Catharinæ Virg. et Mart. dicato, dum longè à noſtra Domo cubitos circiter tercentos Cecinam flumen inſpicio, famulos expecto, & in decliue animi gratia ſaxa deuoluo, accidit, vt altro magno ſaxo emoto exiguus, & ſubniger globulus detegeretur huius formæ.



Hic ſæpius à me coniectus
A *tandem caſu effringitur. Tum*
pilos, ſub quibuſdam corti-
I. Scarith *cibus, quibus ipſe globulus com*
Die xxv. *pactus erat perſpexi: his re-*
Nouembris. *bus in admirationem verſus,*
ipſum magno cum labore diſſol
MDCXXXV *ui. Primum corticem ex bitu-*
mine, pice, reſina, cera, thure,
ſtorace, & maſtice, aliiſq; hu-
B *iuſmodi compactum eſſe multi*
exiſtimarunt. Secundus, qui validior erat, iiſdem pilis immixtus tela vinciebatur, quæ in puluerem comminuta eſt; ſub illa quædam charta lintea hiſce characteribus notata apparuit.

Scornelli

P·V·A.

C

Ipſa verò aliam, quæ ob ictus infruſta abiit, continebat cum hoc vaticinio adamuſſim expreſsò.


Anno à Rege Iudæorum nunciato M.DC.XXIIII. Crucifixo M.D.XCI.
Veniet Canis fideliter ſeruiet ſeruitute libera jx. annos, & amplius.
Lupa mater Agni. Agnus amabit Canem. Veniet Porcus de grege
Porcorum, & deuorabit labores Canis.

Caue,

Caue, Caue, Caue.

Proſperus Feſulanus huius Caſtri accola, arcis Cuſtos Vaticinatus eſt anno poſt Catilinam extinctum.

Theſaurum, inueniſti locum ſigna, & abi.




A

Perlegi, & obſtupui; locum ſignaui. Domum reuerſus Inghiramo Patri, quæ acciderint, enarro; ipſe mecum & ſchedulam, & notas rimatur: tandem vterque, cum de theſauro agi intelleximus, locum effodiendum decreuimus: ſequenti die effoditur, fictilis cuiuſdam ſolummodò vaſis fruſta offendimus; hinc ſuſpicantes aut Theſaurum ab alijs ſubreptum, aut nos illuſos ab aliquo fuiſſe, opus dimiſimus. At cum anni tempus rure frui permitteret, Dominicus Vadorinius Sacerdos, & familiaris noſter ad ſacrum faciendum Feſto die S. Luciæ aduenit, cui, & chartam inuentam oſtendo, & vanam de Theſauro noſtrā ſpem ſubridens enuncio. Ipſe pauliſper meditatus Vaticinium, deſidiam increpans meam, ad opus reſumendum hortatur. Accìtis itaq́; colonis ad effodiendum redeo, quo loco primum Scarith reperi (hoc ſiquidem nomine huiuſmodi inuolucra à Proſpero appellantur) dum altius ſolum foditur, fundamenta validioris, & craſſioris parietis offenduntur, & in his vrnula quædam lapidea; quæ effracta, dedit ſecundum Scarith, characteribus, quos cernis, Ethruſcis antiquitate corroſis inſignitum.

B


C

Hoc



II. Scarith Die xiij. Decembris. M.DC.XXXIV.


Hoc Vulterram defero, & cum marmoreis monumentis in Theatro Vulterrano à Raphaele Maffæo anno 1494 repertis confero, eiusdem formæ esse characteres comperio. Aperui autem coram plurimis Patriæ meæ eruditis adolescentibus, qui mecum, quas appono, delineatas Schedulas, Ethruscas, & Latinas venerati sunt.



PRETIOSA et aeternitate digna.
A
B
C

A

B

C





EO tempore quò Vulterrani à Romanis defecerunt ad Magonem dum foderentur fundamenta, pro ædificanda arce ad custodiam huius Castri in loco vbi designata erat porta inuenta sunt cornua Ceruina ingentis magnitudinis, à quibus hoc Castrum, quod prius Castrum Salinarum dicebatur, Scornellum appellatum est; quę Cornua fuerunt Dianę dicata, & vt maiorem haberent venerationem eorum loco aurea substituta.

Mutius Maurus Primus Arcis Custos fecit hæc Monamenta.

A

L. Sylla hoc castrum occupauit, quando Vulterranis bellum inferebat, quos deuictos, simulque huius Castri habitatores substantijs spoliauit, Ciuitate Romana priuauit; proscriptorum morte fœdauit. Titus Flaccus Vulterranensis Senator, & pro Vulterranis huius Castri Præfectus Romanorum hostis infestissimus hoc monumentum reliquit ad futuram memoriam anno quinto post L. Syllæ Tyrannidem.

FEsulana, & Vulterrana Ciuitas consociabuntur amplius.
Vulterra à longinquis Amicis deuastabitur.
Fesula à proprijs desolabitur habitatoribus.

B

Vesulius Fesulanus Augur.

EGo Prosperus à Patre meo Vesulio Auspicijs eruditus, qui Ethruscis mos est, vt ex monumentis antiquorum accepi venturum Magnum Regem, à quo anni numerentur, sic ab eo numeraui in Vaticinijs meis annos, in quibus ea implenda cognoui ex auspicijs. At Patre meo præmortuo, vt augurandi Artem optimè perciperem, Vulterram petij, quod in ea Ciuitate sit Auspiciorum Collegium, sed quo tempore Catilina à Patribus defecit, à Vulterranis huius Arcis Custos sum destinatus.

C

CVm Romani Exercitus Fesulam, & Vulterram Romano Imperio iterum reddidissent, & Castrum hoc, & Arcem obsidione vrgerent, & salutem penitus desperarem, charos, familiaresque, Penates, & quam pecuniam penes me habebam cum ea, quę in publico ærario Arcis, & Castri asseruabatur, & fatalia Cerui cornua ex auro conflata, non longè ab his antiquis, & pretiosissimis monumentis, & Vaticinijs Ethruscis, & Latinis Characteribus obsignatis reposui, sed quoniam Ethrusca lingua penè obsoleuit; ideo quę Ethruscis caracteribus sunt scripta in compendium redegi.

Mezen-

MEzentij Ethruscorum Regis eiectio ab Actio Augure.
Adria Vulterranorum Colonia noua . . . . Nuccius Adriaticus Sacerdos.
Veri Auguris Vaticinium Elbij Vulterrani filij.
Vulturnum Vulterranorum Colonia, hodiè Capua dicitur.
Ab Arunte Herculis Sacerdote.
Vulterranæ discordiæ L. verò, & T. Cæcinna Vulterranis Ducibus.
Castri huius ædificatio, & denominatio........ Alcus Aruncus Vulterranensis Lucumon.
Ethrusci à Romanis ad Lacum Vandimonis superantur, & Coloniæ Ethruscæ Cardinibus, & Decumanis distribuuntur. A

HÆc omnia ideò Terræ commendaui, nè in manus Hostium deuenirent: at, si quando fata sinerent, meliori luce fruerentur; sin autem hic in perpetuas æternitates custodirentur.

Ego Prosperus Fesulanus Augur Anno post Catilinam.

Tunc Scornelli latere thesaurum per totam Vrbem vulgat rumor. Certiorem secutæ rei facio Inghiramum Patrem, id temporis Florentiæ ad publica Patriæ nostræ negocia, apud Iulium Inghiramium consanguineum nostrum diuertentem. Is suadet, vt Vrso Pannocchiesco, ex Comitibus Ilcij, Magni Ducis à Consilijs Status primo, et Cubiculi Præfecto, omnem patefaciat euentum. Hic rem existimat dignam, quæ Magno Duci innotescat. Pater igitur eius Celsit. à quo imperatum est, vt quam diligentissimè locus effoderetur, exponit. B

Die 29. Decembris thesauro solum intenti multis fossoribus adhibitis plura cœmenta murorum latitudinis duorum, & trium cubitorum, marmorea frusta, ferrum consumptum rubigine, hominum ossa, & marcida, & combusta sunt defossa. C

Hæc saxis, lateribus, cineribus, & carbonibus immixta, altæ quercuum, Ilicum, aliarumque siluestrium arborum radices adeò occupabant, vt maximo cum labore diuellerentur. Subter has radices variæ schedulæ sunt repertæ, quas Magnus Dux, tunc Pisis commorans ad se qui ferret, certum hominem misit, cui etiam, vt locum, ex quo desumptæ essent, inuiseret, mandauit.

Pisis

Pisas allatis ; illius almi Gymnasij eruditissimi aduocantur, qui eas inspiciant. Ipsorum sententiæ diuersæ fuere ; agnoscebant quidam antiquitatem, et fatebantur, quidam dolo malo suppositas suspicantes asserebant, apud Ethruscos veteres chartam linteam non extitisse; huius opinionis assertores, quam longè à veritate abeant, nostrum non est disserere, ipsamet chartarum inuentarum copia, nec non elogium inferius positum Quinti Valerij Flacci Romani Patritij edocet ; ille dum profitetur enumerare, quæ Romani ab Ethruscis acceperint, hæc in primis didicisse adfirmat ; Et in arborum corticibus scribere, & chartam ex linteolis contritis conficere.

Vt infra pag. 91.

A

Interea Scornelli crescebat opus, aliquando hyemis asperitate omissum: at xjx. Ianuarij post lateres in medio parietis sine calce positos, Scarith primò cortice combusto habuimus. Ex quo Prosperi documentum accepimus, ibidem aurea cornua, cæteraque Dianæ sacra esse recondita; quapropter vehementiori studio per sex dies effoditur. Septimo autem angustum inuenimus antrum subterraneū, non pecunijs, non aureis refertum vasis, sed ruinis. Hinc de Thesauro cœpimus desperare, præsertim cùm hoc in loco depositum fuisse, scripta edocerent ; & ruinæ, vt casus tulerat, iacerent, in eam iuimus sententiam, Romanos, Scornello capto, illum abstulisse, deindè Castrum funditus euertisse ; ex quo tempore solum ibi fuisse semper intactum constantissimè apparet. In hac nos confirmauit opinione vnus Penatum Prosperi sine vlla custodia, aut ordine inuentus diminutus capite ex stamno ad pondus viginti librarum cum Lycno æneo inter ruinas repertus, quos in hoc loco exculptos vides. Quapropter inuentas scripturas, & historiam praesertim Elbij Mauri pro thesauro habendas esse credidimus.

B

C

Cum his omnibus Florentiam petij, & Magno Duci, Serenissimis Principibus, vniuersae Aulae, & eruditissimis viris palam facio.

Nonnulli antiquitatem admirantes rimabantur materiam Scarith, quae extrinsecus ab aqua, intrinsecus ab igne defendebat ; at nonnulli, prout hominum varia sunt ingenia, fictitias, & suppositas dicebant. Hinc ad controuersiam eruditorum dirimendam Octauius Capponius

Salis

ſalis Præfectus Vulterram ad ſalinas reuiſendas commeans in mandatis habet, vt vnà cum Thoma Mediceo Vrbis Prætore de veritate rerum ſupra narratarum inquirat; necnon perquirat, ſi quid aliud ipſis adſtantibus reperiretur, cum iam inuenta, plura ſubeſſe, indicarent.

Solerti cura Patritij viri negocium gerunt. Non tabularia Vulterrana, non inſcriptiones, non reliqua monumenta inquiſita relinquunt; ac per Coſmum Paccinellum Nobilem Arretinum tunc Vulterranæ Ciuitatis Iudicem ordinarium ſupra xxv. iuratis teſtibus re penitus cognita, veriſſima quæ de Scornello, & de inuentione Scarith dicta ſunt pronuntiauère: Ac demum cum ad locum die vj. Iunij ſe contuliſſent, & coram multis Vulterranis patritijs perluſtraſſent agreſtem, incultum, & ex annoſiſſimis quercubus ibidem enatis, ſolum firmum, & ab immemorabili tempore intactum optimè agnoſcunt, & fatentur. Aduocant præterea operarios, qui ipſis cernentibus ad eorum præſcriptum effodiunt, & inuenta ſunt xiij. Scarith, quorum vnum cum validiſſima vinciretur quercus radice, ligonis ictu fuit diuiſum, in hoc ſacræ leges præcludebantur, quibuſcum cœtera integra Florentiam deferuntur, & coram plurimis in Aula aperiuntur. Id autem Octauius Capponius, & Thomas Mediceus, vt geſtum eſt M. Duci indicarunt. Aeſtu vrgente opus dimiſſum. Veruntamen nonnulli adhuc inſtabant ſuppoſita eſſe, quò factum eſt; vt Marius Guiduccius, & Nicolaus Arrighettus Florentini Patritij ſelectioris eruditionis; & emunctæ naris viri Vulterram adlegarentur ad hanc rem, penitus inſpiciendam. Ipſi igitur noua, & exactiori cura Scornellum adeunt, & longè à priori loco lxv. paſſus Romanos effodere operarios iubent, in virgineo ſolo, vt ipſi aiebant; ibique ſeptem, cum eorum admiratione Scarith eruuntur: Florentiam reuerſi rem geſtam enarrant.

Nouem, & centum Scarith vſque adhuc ad noſtras peruenère manus, ex quibus plura ſupereſse apparet; quæ, ſi contigerit, vt inueniam in lucem proferentur. Interea hæc accipe, & omnia prius perleges quam diudices. Hoc vnum nè te fugiat, cupio, mea nihil, & nihil Familiæ Inghiramiorum intereſſe haec monumenta, ac ſi quæ ex his gloria exurgit

A

B

C

inte-

integra Thusciæ Patriæ meæ, cœterisq; antiquissimis resurgat Familijs. Maiores nostri cum Othone Magno ex Lauemburgo Vulterram aduentarunt, & ad hæc tempora inhabitant. Nos altiores non emisimus radices, nec latiores, expandimus ramos, quam præsens Arbor indicat.

At ne quæras qua ætate, qua ratione, & à quo recondita fuerint epistolam Prosperi Fesulani in fronte libri habebis, quæ omnia edocet. Lege igitur, & Vale.

A

B

C


INGHIRAMIA familia ortum habuit e Lauemburgo ab Ennone Bilingio, cu' fil' Hermannus ab Ottone i. imp. Dux in fer. Saxoniæ fuit constitutus, Krantius hist. te 11. Engeramus autem alter Ennonis filius Inghiramiam prosapiam in Ethruria inseruit, ut ex instrum. apparet. Declaratio litterarum indicantium loca, e quibus præsens arbor desumpta est. A.V. Archiuia Vulterrana. A.E. Archiuium Episcopale. A.I. Archiuium Abb. S. Iusti. I.P. instrumenta priuatorum. I.I. instrum. quæ apud nos existunt. Cos. Ex Consulibus Vulterr. Vrbis. Ant. Ex Antianis. Pr. Ex Prioribus Ref. Reformatoribus status Vulterræ, quæ dignitates nobilioribus tantum conceduntur
DE INGHI RAMIIS
DONARANCIVM

PROSPERVS FESVLANVS AMICO, qui hæc inueniet S. D.

Scarith Lxvij. Die xv. Nouemb. MDCXXXV inuentum

NE IGNORES eum,qui multa à te inuenienda repoſuit, hanc epiſtolam repono; quam (ni fallor augurijs) innenies poſtquam ſepulta iacuerit.Igitur ſcito me Proſperum eſſe Feſulanum ex antiquorum Thuſciæ Regum genere: noſtra Familia vna eſt inter primas Feſulanæ Ciuitatis; ea cum patriam tirannide liberaſſet, ipſius Patriæ nomine donata eſt à Ciuibus: at cum quorumdam nequitia ex Feſula eiecta eſſet, Vulterræ humaniter recepta eſt, & inter Vulterranas Familias connumerata; & quæ prius Feſulana, tunc Veſulia eſt appellata. A

Volumnia Titi Farſij, & Liuiæ Corneliæ filia mihi mater, quæ, vt me primum natum peperit, ſtatim interijt. Pater meus Veſulius Antij Feſulani, & Accæ Cecinnę filius me non ſolum Ethruſcam,ſed etiam Græcam, & Hebraicam linguam docuit, poſtea augurandi artem, & ipſius naturæ arcana; quæ omnia hominum cauſa fecit: verum inter ea, quæ natura homini præſtitit, primas habent auguria; nam ex his quid Patriæ; quid nobis; quid amicis;quid filijs, parentibus, & alijs etiam poſt mille annos, & plures futurum ſit, nouimus: quid aſtra, quid Cæli bonum, aut malum portendant: & Dij ſæpe per aues ſuam voluntatem palam faciunt. Non tamen cogunt hominem auguria; nam Maximus Eſar,cum hominem creaſſet, eum ſuæ voluntatis liberum poſſeſſorem conſtituit; vt quid mali aſtra, Cæli, fulgura, fulmina, aues, aut beſtiæ demonſtrant, prudens poſſis tua voluntate vitare: verum, ſi quid boni promittunt, te tua nequitia, & ſtultitia priuabis: at eſto cautus,ne quid temerè agas; nam temeritas non eſt prudentia. Quo tempore Syllam cum ingenti exercitu ſuſtinuit Thuſcia, Auus meus, & Pater cecidère; tu dolorem meum cogita: xviij. annos natus ſub Anci Feſulani patrui ſum poteſtate relictus: ipſe mecum xxij. annum agerem, Vulterram miſit ad ſanctiſſimum Collegium. Tum Eſar Volturrenus onus magiſterij ſuſtinebat; hic me honorificentiſſimè, & humaniſſimè recepit; libentiſſimè, & diligentiſſimè docuit omnes ſcientias; nam omnium ſcientiarum adeò prudens erat, vt omnium rerum prudentiſſimus ab omnibus diceretur: at præ cæteris veram augurandi artem me edocuit; & me dignum,qui Collegio adſcriberer,reddidit: tùm ipſius Colregij, quod ſcriba effectus fuerim, pergratum fuit mihi, non ſolum hoc honole dignatus; ſed etiam quod antiquitatum, & Hiſtoriarum, ſtudijs cum dele-

B

C

:ter, eam occaſionem nactus ſum, quæ animum meum optimè demulcet;
nam in ipſo Collegio ſub cuſtodia ſcribæ cuſtodiuntur non ſolæ Thuſcorum
Hiſtoriæ, ſed etiam totius ferè Orbis. Cum munus ſuſcepi ıↄ ccc xcij. libri
mihi traditi fuerunt, & innumerę chartanicæ chartarum inter ſe partim cohe-
rentium, partim non coherentium; quam plurimæ plumbeæ, & ex membra-
nis; aliæ vero papyraceæ, ſed ex his paucæ; quam plurimæ etiam ex charta
lintea: at in primis libros, & chartas omnes, quæ continent augurandi artem,
tradiderunt mihi, & alios innumeros; & inter hos libros aliquos ſacros: quo-
A rum partem penes me habeo: pars autem reliqua aſſeruatur in Gordo (nam
ſic vocantur ædes, quæ ſunt inter Collegium, & Templum Martis) & eſt lo-
cus ad cuſtodiam librorum deſtinatus. Verum, cum Augurum, Magiſtri
Equitum, & Senatus humanitate huius arcis cuſtos fuerim deſtinatus, conceſ-
ſum eſt mihi à ſanctiſſimis Auguribus, vt mecum quas vellem ſcripturas de-
ferrem: ſæpius huc, illuc multas detuli; paucę præ ijs, quæ Vulterræ in Gordo
cuſtodiuntur, mihi reſtant; atque ipſæ licet paucæ ea me moleſtia afficiunt,
vt ipſam vitam pro ipſarum incolumitate perdere concupiſcam.

Lucius Sergius Catilina quorumdam Romanorum Senatorum iniuria, aut
iniquorum, inuidorumque hominum verſutia, & calliditate Roma diſcedere
B fuit coactus. Conſul Marcus Tullius iuſſit, eum Vrbe exire; obtemperauit;
venit in Thuſciam; Manlius eum recepit: illum inimici iterum perſecuntur;
quare arma ſumere cogitur, vt ſe defenderet. Patruus meus Ancus Manlio
iubente cum Feſulenſium copijs eſt pro Catilina; Equitum Magiſter nonnul-
los milites miſit. Catilina, Manlius, & Patruus meus dant ad me litteras oran-
tes, vt ipſos adiuuem; quibus reſpondi, me Magiſtri Equitum, & Senatus
Vulterrani, quibus teneor, imperata facturum. Lucius inferior: Ancus mori-
tur. Feſula deprædata: bona publicantur noſtræ Familiæ, cuius ego ſolus
ſuperſtes patruo meo præmortuo: Romam Ciceroni Conſuli ſcripſi, me cri-
minis patrui, ſi modo crimen eſt, quibus debemus, obedire, participem non
C eſſe: nihil epiſtola mea operata eſt; &, quod Conſul iuſſit, nullus audiuit.
Vulterrani Feſulenſes adiuuant: iuſſus ſum contra Romanos milites mittere;
miſi: fracti Vulterrani, eo quod, vt ſolent, inter ſe diſcordes fuerint; quorum
multi damnati fuerunt; qui cum Tullium oraſſent, eius opera liberati ſunt.
Quintus Valerius Vulterræ præſidio relicto cum copijs venit ad Caſtrum, quò
Equitum Magiſter, & multi ciuium Vulterranorum, & Feſulenſium ſe ſe re-
ceperant: ad Salinam Chone pugnatum eſt: Senatus, vt moris eſt, diſſenſio-
nibus plenus (nam ex diſcordijs diſce Senatum Vulterranum) nihil decerne-
bat, nec Præſidens erat: multi ad nos venerunt auxiliantes; multi Romano-
rum partes tuebantur. Pomarancienſes noſtra cauſa penè conſumpti fuère.
O, ſi liceret ſacramenta edicerem. Hos amamus, quia digni, Equitum Ma-

giſter

giſter, & pręfectus occubuerunt, quare totum belli onus in me vno firmatur: obſidione maximè vrgemur. Sacerdotes Dianæ precioſa Templi in arcem tranſtulerunt: Caſtri Præfectus omnia publica huc traduxit; ipſe ab hinc octo diebus pugnans cecidit: qui Salinarum curam gerunt, pecuniam in arcis ærario conſtituunt; hic nonageſimus ſecundus dies eſt à primo conflictu: caſtrum ſe parum tueri poteſt: hoſtes impetum parant; mors mea inſtat; quare hanc epiſtolam tibi decreui, vt videas non propria vtilitate, aut ſuorum amore hoc bellum ſibi paraſſe Proſperum Feſulanum, ſed vt maioribus obediret, & vt, quę obſeruare iurauit, obſeruaret. A

Igitur cum ita res ſe habeant, quæ apud me ſunt, Romanis non relinquenda decreui; quare in firmiori loco, & tutiori huius arcis cornua aurea, & omnia ſacra Dianæ repoſui, & Penates meos, & multas ſcripturas, quas omnes apud me habeo: igitur nonaginta quatuor Scarith ſcripturarum rępoſui, quarum ſcripturarum aliæ ad Collegiũ, aliæ ad caſtrum, alię ad me, maioreſque meos, aliæ ad alios ſpectant: multas alias ſcripturas reponendas habeo, quas, ſi potero, reponam. Cepi maximis laboribus auguria de caſtro, de Vulterra, de me, de his ſcripturis: caſtrum omnino deſolatum iri; me aut Romanorum captiuum futurum, aut caſurum eſſe cognoui: verum quod maximè delector ex Thuſcia poſt multa ſęcula eum naſciturum, cuius pater caſtri huius reliquias poſſidebit, hic habebit amicum fidelem; ipſe, amicus, & pater antiquitatum ſtudioſi; at........ leget; ipſe.......ſcribenda, & le....... hic ſcripturas inueniet: alius, ſi fortè inuenerit, eas tangere, non audeat; aliòquin ſuperum, Infernorumque Deorum iram expertus peribit infelix. At, cum tuæ ſint ſcripturæ, ſcito opus tibi eſſe ad eas inueniendas auxilio amici, & patris, nam id aſtra nudius tertius demõſtrarunt; nam hęc tria aſtra Caris, Mor, & Turg ſimul coniuncta vidi; vidi etiam ex Aſgharijs fulguribus, quod omne Scarith, quod ex duplici cortice conſtat, quo precioſiora in huiuſmodi Scarith habentur, niſi tu, amicus, & pater adfueritis, non inuenientur: ſed etiam ſcito, quod ſi tu, amicus, & pater.........tribus vobis peſſima aſtra indicant futura. Caue, ne prima monumenta à me repoſita incidantur, ne tibi damnum, quod huiuſmodi inciſio denunciat, eueniat: ſi legibus ſacris inciſio aliqua facta fuerit, amicus pœnas luet: patri damnum imminet ſi inciſa fuerit ędificatio Vulterrę: ſi quouis modo Augurum libri fuerint inciſi, tres ſimul mala patiemini. Si quis has ſcripturas, aut alias, quas inueneris, quouis modo ſibi arripuerit, famę & corporis iacturam faciet: qui vero per has ſcripturas gloriã tuam vſurpauerit, aut partem in ijs, quę tibi relinquo, habere voluerit, aut pecuniam, & res ſacras palam, aut ſecreto fuerit furatus, citò audacię pœnitebit: nam inhoneſtè peribit; ſi quis nomen ſuum augere his ſcripturis, vel tuum deprimere fuerit auſus, rerum ſuarum, vitę, & honoris maximum damnum paſſus omnibus

B and C in right margin.

ludi-

dibrio erit; nam, cum furtum commiſerit, ignominioſus erit ſemper: omnia tibi relinquo: omnia tua ſunt. At ſi tu permitteres, aliquem partem aliquam in his habere, licet pater, filius, aut frater eſſet, ſemper viueres infelix, & ille moreretur ſubita morte. Si antequam publicè omnibus exponas ſcripturas, moriaris, hęredes tui tuas vices ſubſtinebunt: verum nec ipſi, nec tu inuentas ſcripturas alijs dare audeatis, nam malum inſtat; ſed tranſcriptas poteris, quas tranſcripſeris, dare, cui volueris. Sed cum per te, aut hęredes tuos publicè patebunt, etiam, quas inueuiſti, dare licebit. At ne publices, niſi pręſidens, aut lucumon, aut Rex, qui Vulterranam Rempublicam gubernabit, conſentiat.

A

Tandem moriar: qnę dixi, & quę dicam religiosè obſerua, ne de te quęraris iuſtè, de me iniuſtè.

Deos honora.

Si quid non vis, alijs nullo modo facias.

Patriam omni conatu defende.

Semel infido nunquam credas.

Nulla mulier, quę ſit, aut fuerit inhoneſta, maneat in domo tua, ſed procul à te, a tuis, a domo tua fac viuat: nam fœmina, qnę fuerit inhoneſta, niſi ita viuat............ ſit referenda, erit domus tuæ pernicies.

B

Hiſtoriam Catilinę, orationem Magni Vandimonis, & annulum meum tibi commendo. Vale. Anno poſt Catilinam, & Vulterrano cIↃ cIↃIↃ cc xcvij.

Ex viij. Scarith die v. Februarij. MDCXXXV.

FEſulana familia ortum habuit à Thuſciæ Rege Morgete per Cronum, qui inter viginti primos Senatores Feſulanæ Ciuitatis Senator fuit. Croni pronepos Aruns: hic Mœonios Feſuiæ nō recipiendos inſtitit: huins filius Ergetus Tarconis ſenioris Ethrurię Regis contra Picum Latij Regem dux: idem Actij pater: is Ergeti: Neuij is fuit, qui cum Tallo Olanio egit de eijciendo Mezentio: fuit primus Feſulanus Lucumon; quem vt Patrię liberatorem vniuerſus populus Feſulanum appellauit; id ex tunc noſtræ Familiæ cognomen. Neuio tres fuère filij; Abanus, & Ergetus trans Padum duces cecidère, dum Aruns frater eſſet Feſulanus Lucumon; cuius filius Neuius adhuc adoleſcens deſideratus eſt, cum contra Antenorem Troianum copias duceret. Huius poſthumus Aruns fuit dux totius Thuſciæ contra Latinum Siluium. Poſt ann. .... Aruntem alium inuenio Feſulanum Feſulæ Lucumonem, qui Romuli Regis Romanorum Legatos domi recepit: huic natus eſt Veſulius Magnus Augur: is in Augurum Vulterrano Collegio Magiſter, interfuit Concilio, quando Pythagoras, ſacris, iuſtiſq; Legibus Thuſciæ damna reparauit: ſed Veſulij Magni Ancus filius contra Gallos Senones pro Feſulanis dux fuit ſub Hercu-

C


lè Mau-

le Mauro; eum Fesula tertio Lucumonem mirata est: ex hoc natum Aruntem ad Tiberim occidit Horatius Cocles Romanus Lucumonem Fesulanum: Sed Antium Aruntis nepotem, Lucumonem plebes cum tota Familia è Patria expulit; quod suspicaretur, eum tirannidem attentasse: quare se Vulterram receperunt, & inter Ciues, & Senatores Vulterranos sunt adscripti. Tum pro Fesulanis Vesulij dicti sunt.

Luceius igitur Vesulius consuluit ædificandam arcem castri Farnetæ; cuius ipse primus custos fuit, quo tempore Senones in Thusciam venère, vt videri est in vetustissimis monumentis lapideis, & plumbeis, quæ in eo castro asseruantur; hæc ego ibi vidi, reliqua & scripta, & scribenda Vulterræ, & Fesulæ reperiuntur. Segeptus patri successit; qui etiam in Vulterrano Collegio fuit Aruspicum Magister. Laertes Vesulius Vulterranus Lucumon post Aulum Quintium. Antius Vesulius Fesulanus pro Vulterranis Pomarancij Præfectus fuit; & contra Thuscinates dux. A

Deinde à Fesulanis Ciuibus Fesulam reuocati fuère, cum Thusci Sutrinis bellum intulerunt; tunc electus est dux Ancus Vesulius Fesulanus; hic...... ....mon à Quinto Fabio Romano occisus fuit. Volumnius Fesulanus magno in pretio fuit apud Thuscos; hic contra Lucanos dux; hic Romanorum amicus fuit; sed à Q. Hortentio falso accusatus ab ipsis occisus fuit: eius tres filij sub Appio Pulcro militãtes à Carthaginiensibus interfecti. Cum verò apud Fesulam Annibal constitisset, Vesulius Fesulanus, qui erat dux pro Fesulanis, ei necessaria negauit. At Alcus eius filius dux fuit defectionis à Romanis; & ad Magonem in Ligures Legatus adijt; & ab eo dux constituitur; sed à P. Cornelio cum duobus filijs damnatus fuit. Huius nepos Ancus Fesulanus ciuilium discordiarum inter Farsiam Familiam, & Fesulanam auctor: demum à Cornelio Nasica occisus. Proauus meus occisus in bello sociali Marco Liuio Druso duce. Verum Antius Fesulanus auus, & Menippus Cecinna pro Sylla fuerunt. Vesulius pater, cum in Vulterrano Collegio augurandi artem didicisset, domum reuersus, Volumniam ex familia Farsia duxit: Fesulæ publicè artem docuit; tandem moriens me Anco patruo reliquit custodiendum. B C

Exemplum Scarith, in quo ſequentes aſſeruabantur Scripturę.



A. Primus cortex ex pice, bitumine, &c.
B. Secundus cortex ex ſolidiori materia.

ETHRVSCARVM ANTIQVITATVM FRAGMENTA.

LIBER PRIMVS.

Vulterrana hęc monumenta (veri theſauri Ethruſcorum) in quibus ſunt Vulterræ, & aliarum Ciuitatum primordia, augmentum, potentia, & Regnum, in hoc loco repoſuit ille Proſperus, qui alia repoſuit. Si incidantur, mala portendunt.

LI. *Scarith Die xix. Septembr.* MDCXXXV

A

MAGNVS Pater Vandimon, qui à Latinis Ianus, à Siris Noà vocatur, poſt aquas relictis in Armenia, & Siria Semete eius primogenito, & Cameſe tertio filio apud Nilum, aduenit in hanc regionem cum ſecũdo filio Iapèto, & illius filijs, & cum perueniſſet ſupra hunc montem, ſibi cõmodum, poſteris iucundum putauit; quare in ſuperiori parte, quæ ſalubrior eſſet, Ciuitatem ædificauit, & Cethim appellauit. Verum an. ccxx à Cethim ædificatione Cethim filius Iauanis, & pronepos magni Vandimonis aſſumptis, ſecum duabus Colonijs mare ingreſſus, cum diù nauigaſſet, peruenit tandem ad Inſulam, quam ſuo, & Patriæ nomine Cethim appellauit. Hæc hodie Ciprus dicitur. Deinde Græci Vrbem noſtram, quæ Ce-

Cum haud commodè hi perlegerẽtur Characteres, repetendos duximus.

B

MAGNVS PATER VANDIMON QVI A LATINIS IANVS
A SIRIS NOA VOCATVR POST AQVAS RELICTIS
IN ARMENIA ET SIRIA SEMETE EIVS PRI
MOGENITO. ET CAMESE TERTIO FILIO APVD
NILVM ADVENIT IN HANC REGIONEM CVM
SECVNDO FILIO IAPETO ET ILLIVS FILIIS
ET CVM PERVENISSET SVPRA HVNC MON
TEM SIBI COMMODVM POSTERIS IVCVN
DVM PVTAVIT QVARE IN SVPERIORI PAR
TE QVÆ SALVBRIOR ESSET. CIVITATEM
ÆDIFICAVIT ET CETHIM APPELLAVIT
VERVM ANNO CCXX A CETHIM ÆDI
FICATIONE CETHIM FILIVS IAVANIS ET
PRONEPOS MAGNI VANDIMONIS ASSVM
PTIS SECVM DVABVS COLONIIS MARE
INGRESSVS CVM DIV NAVIGASSET PER
VENIT TANDEM AD INSVLAM QVAM
SVO ET PATRIÆ NOMINE CETHIM
APPELLAVIT. HÆC HODIE CIPRVS DICI
TVR. DEINDE GRÆCI VRBEM NOSTRAM
QVÆ CETHIM DICEBATVR KITIM VOCA
VERE... ANNO CCLXVI GRANVS RAZE
NVVS CVM MVLTIPLICATOS POPVLOS
PARVA CIVITAS QVÆ ÆDIFICATA FVE
RAT A MAGNO VANDIMONE CAPERE
NON POSSET POPVLVM QVADRIFA
RIAM DIVISIT ET QVATVOR TRIBVS
CONSTITVIT ET ORDINAVIT. QVA
RVM PRIMAM BOLTVRSENAM ALTE
RAM BETVLONIAM TERTIAM TES
SAM QVARTAM VERO HACANVM
VOCAVIT. PRIMA MANSIT IN ANTI
QVA CIVITATE VANDIMONIS QVÆ

C

thim dicebabtur Kitim vocauère. Anno cclxvj Cranus Razenuus, cum multiplicatos populos parua Ciuitas, quæ ædificata fuerat à Magno Vandimone, capere non posset, populum quadrifariam diuisit, & quatuor tribus constituit, & ordinauit; quarum primam Boltursenam, alteram Betuloniam, tertiam Tessam, quartam vero Hacanum vocauit. Prima mansit in antiqua Ciuitate Vandimonis, quæ hodie pars superior dicitur; & incipit à Porta felice ad Occidentem vsque ad Portam Herculis, quæ ad Austrum spectat propè mœnia intra Vrbem........... tam patet omnibus......... illud & sanctissimum
A Augurum Collegium. A porta Herculis ad Arcem; Ab Arce ad Portam Solis ad Orientem; ab hac Porta ad Templum Rhetiæ Voltumenæ; & ab hoc Templo per viam Ergiæ ad ædes Cecinnarum; inde ad Curiam patebat, & medium theatrum intersecans ad Portam Felicem terminabat.

Secunda tribus Betulonia castrum ædificauit in eo loco, qui nunc dicitur pars inferior. Hoc castrum principium habuit à Porta Brodonæ ad Occidentem vsque ad Templum Iunonis. Ab hoc ad Templum Crani; Inde ad nemorosam siluam, ad Templnm Aretiæ; ad Tribuniciam plateam; ad sacrum fontem Aldingæ; & inde ad Portam Vandimonis, transibat circum Regis Artabani ad Plateam Vristerum, & à Vico Iasij ad Pelasgorum angulum. Dein-
B de Portæ Brodonę coniungebatur, & terminabat.

Tessa, quæ erat tertia tribus, in eo loco, quę pars mediana nuncupatur, castrum sibi construxit; & ab Ædicula Lunæ per viam Cathecasiam ad ędes familię Pomarię protendebatur; Inde per vicum Atriariorum ad Templum salutis, & ad Colossum Saturni; ad ędes Magistri Equitum, ad ipsorum Collegium, ad forum Pretorium; ad Portam Dianę sacram; inde ad Templum Iani, & per viam Sincinam ad agrum Victoriæ; ad Plateam Salinatorum ad Magnum Templum Herculis; ex quo ad ipsam ædiculam Lunæ reuertebatur.

Hacanus autem quarta tribus elegit sibi locum, qui hodie pars vltima vo-
C catur, vbi Castrum posuit; Et ibi principium sumpsit, vbi nunc est Templum Magni Esaris; apud hoc Templum sunt ædes Pontificis Maximi, & Sagorum, nam cum Magnus Esar sit communis, & primus Deus totius Thusciæ, eius Templum est prima, & propria sedes Summi Pontificis. Ab hoc Templo itur ad ædes Doriæ Familiæ; Inde ad Colossum Iani; ad Forum Tirrenum; & à Vico Volturrenorum ad agrum Martialem; ad Plateam Histrionum vsque ad Portam Mercurij; ad ædes Flaccorum vsq; ad Vestales; & per viam Olanoniam vsque ad ædiculam Mineruę, & inde ad fanum Mercurij; ex quo ad ædes Pontificis, & Sagorum reuertebatur.

At anno ccclxxjv. Rex Ianus filius Volturni tria castella ciuitati coniunxit; & quæ prius Cethim dicebatnr ab ipso Ethursia dicta est: & cum multiplicas-

ſent populi ex vnaquaq; Tribu tres Colonias elegit, & iſtæ duodecim Coloniæ duodecim Ciuitates ædificauerunt.

Igitur prima colonia ex tribu Bolturſena ædificauit Peruſium; Secunda Arretium, tertia Anagiram, quæ poſtea deſolata fuit; quare fuit cautum, vt duodecim ciuitatum numerus ſemper vigeret, noſtra ciuitas, quæ ipſarum duodecim eſt caput, inter duodecim in poſterum numeretur; & ſicut aliarum eſt principium, & origo, ſic prima eſſe intelligatur.

Betuloniȩ prima colonia Cheluſam ædificauit, qua ab Enachijs diruta, Cȩræ, vel Agilla inter duodecim conumerata eſt. Secunda conſtruxit Carenuam, in cuius iam deſolatæ locum Volſinium ſucceſſit. Tertia Nathraripiam condidit; pro qua deſtructa Bolſena numeratur. A

Teſſæ tres coloniæ, tres ciuitates ȩdificauerunt, quarum prima Feſula; ſecunda Luna; Tertia Cethengogia, cuius locum, cum diruta eſſet, Cortona occupauit.

Hacani ædificauerunt Monentiam, Narghatham, & Sacarmon, quarum ciuitatum nè veſtigia quidem hodie apparent: at in earum locum inter duodecim habentur Cluſium, Ruſſellæ, & Populonia. Anno ccccIxxjv. Ethurſiæ nomen corruptum eſt, & Ethruria dicta; & ſicut prius cum Cethim vocaretur, toti Regioni hoc nomen communicauerat; ita ab Ethruria noſtra ciuitate, ea ora quouſq; patent fines duodecim ciuitatum, Ethruria tunc dicta eſt. Sed cIↃ ccxxjv. Thuſcus filius Magni Herculis ex ſuo nomine Thuſciam appellauit: verum anno cIↃ cclxx. Rex Cranus Atlas totius Regionis nomen mutauit; & pro Cethim Italiam dixit, & ſe Italum nominauit. cIↃ cccc xxj Rex Ianus Coribantis filius recepit Saturnum Babilonis Regem à filio è Regno eiectum; & partem ſui Regni ipſi adſignauit, & Regem conſtituit, quod Latium Saturnus appellauit: tum primum noſtræ ciuitatis imperium diuiſum. cIↃIↃviij. Coribantes Vulturreni Aulici filius cum diu pugnaſſet cnm Pelaſgis, tandem in ſuo Regno receptis ſedes adſignauit; & quaſdam ciuitates conſtruxerunt; inter quas fuit Cære; & duabus ipſorum colonijs conceſſit, vt in ciuitate noſtra habitarent inter partem ſuperiorem, & inferiorem in duobus vicis, qui à vico Iaſij, & à foro Langiorum coniungunt inferiorem cum ſuperiori. cIↃIↃxxx. Vulturrenus recepit Meonios cum Torebo eorum duce. Cui cIↃ IↃxxxv. Regnum reliquit. Hic autem in memoriam Vulturreni noſtram ciuitatem. Vulterram, & ſe Tirrenum appellauit. Sed anno cIↃIↃlx. Tarcon Priſcus Tirreni ſucceſſor, quod Tirrenus de noſtra ciuitate optimè meritus fuiſſet, eam Tirrenam cognominauit: cIↃ IↃclxvij. Vulterrani iniquum, ſacrilegum, & impium Mezentium propter innumera eius ſcelera, & præſertim quod diuos, & ipſos Deos contemneret, eiecerunt; nam & reliquæ ciuitates Vulterranos in hoc adiuuerunt; at in primis Neuius primus Lucumon B C

Fesulæ, qui propter hoc Fesulanus dictus fuit; item Tarcon, qui postea fuit Perusinus Lucumon: Hi cum Tallo Olanio id egerunt, vt populus in Mezentium seditionem moueret; quem expulerunt; & se in libertatem vindicauerunt. Tum quælibet ciuitas sibi annuum Lucumonem creare cæpit: qui concilio generali subderetur. Sub Lucumonis,& generalis concilij imperio, quod multis de causis sæpè varium fuit, perseueratum est, donec Thusciæ Romani potiti sunt. nam ex eo tempore concilium depositum est; coloniæ amissę;& annuus præsidens creatur,qui Senatui præsit, qui ciuitatem nostram ijsdem antiquis legibus gubernet.

A


Lidoris Felsinius Senator Vulterranus,& Augur hæc, quæ ex antiquissimis monumentis Hebraicis, Ethruscis, Græcis, & Latinis, quæ in collegio Augurum, & in Curia asseruantur, collegit, in his chartis linteis Latinis litteris scripsit, & Auguribus donauit.


B

VIII.
Scarith. flamneit. Die v. Februarij.
MDCXXXV




C





A



PENATES meos mihi chariſſimos in hoc loco repoſui, nè eis Romani abuteren-
tur: iſti, familiæ meæ tutelares fideles, me, patreſq; meos ex multis periculis ſę-
B piſſime eruèrunt; nos vero, vt par erat, eos Diuinis hónoribus proſecuti, ſemper ve-
nerati ſumus. At cum ſuperiori anno Patruus meus Ancus Feſulanus in exercitu Ca-
tilinæ cecidiſſet; ego huius arcis cuſtos hùc ipſos traduxi; vt præſentes mecum eſſent
mei cuſtodes: hos ego tibi commendo moriturus: hos, vt libens cuſtodias, accipe. Hæc
monumenta, & alia multa, quæ ſeparatim de induſtria poſui, vt vno inuento, reliqua
tibi ſeruata quæreres, ea poſt Penates cuſtodiui ſemper. Sed quia Ethruſca lingua
iam iam labitur, ſcito in prima charta contineri Vulterræ, ideſt Ethruriæ ædificatio-
nem, quam in ſummo loco Vandimon Deus Ethruſcorum olim ædificauit: hunc Latini
Ianum, Syri Noa vocauère. Poſteri autem cum creuiſſent in multitudinem Cranus
Razenuus in quatuor tribus eos diuiſit; quarum tres, quarta relicta in ea Ciuitate, quę
C à Vandimone ædificata fuerat, & illam Bolturſenam dixerant, tria caſtella ædifica-
uerunt in tribus collibus; & vna quæque tribus ſuo caſtello nomen ſuum impoſuit.

Itaq; prima tribus Bolturſena dicta eſt; quæ relicta fuerat in Ciuitate Vandimonis.

Altera Betulonia.


Tertia Teſſa.


Quarta Hacanus.

Quę poſtea in vnum redegit Ianus Vandimon, Crani Nepos; & Ethruriam Ciuitatem conſtituit; quæ etiam nunc dicitur Vulterra. Eſt & aliud nomen huic ſimile; quod nulli fas eſt, reuelare; poſteris reſeruatur ad gloriam: tunc omnibus patebit: nunc ſolum Pontificibus, Magiſtro, Scribæ, & Præfecto Augurum cognitum eſt.

Id Rex Italiæ Cambiſes Hebraicis litteris reliquit duro lapidi inciſum; qui (licet

penè




LYCNVS

penè consumptus, videtur tamen etiam hodie Vulterræ ad portam Solis. Sed Occus Ethruriæ Rex cum corruptæ Hebraicæ linguæ Ethrusca Vulterræ successisset, in libro ex corticibus annosæ quercus Ethruscis characteribus præacuto stilo notauit. Sed cum tempus edax corticem consumeret, in membranis delineauit Vulturrenus Cecinna, qui Vulturno in Campania præfuit. Denique Arununs Fesulanus in hac lintea charta scripsit.

Sed in altera charta est ædificatio Fesulæ: quam Ianus Vandimon Magni Vandimonis Pronepos ædificauit: quam Rex Vulturrenus diruit: quam Rex Cranus iterum ædificauit. Hoc monumentum, nè periret, quod, proauus meus in papyro, quæ tunc ex Asia ad nos, scripserat; nec diù durare posset, Auus meus Antius Vesulius in lintea, vt vides diligentissimè conscripsit. A


In tertia . . . . meonios . . . . patres recepisse . . . . antiquissimis temporibus . . . . Neuius Volusius . . . . Magister.

Prosperus Fes. . . . .

Hæc monumenta, quæ in Augurum Collegio asseruabantur, & nulli fas erat ea videre, nec reuelare tibi reposui: quare, si ego ob gratiam tui iustæ legi obstiti, obsecro, vt nulli ea reueles, nisi inuitus: honorem meum, & gloriam tuam tibi commendo ego Prosperus Fesulanus.

X. *Scarith. die xxij. Martij.* MDCXXXV

B


uulterra a magno uandimone in montis a
cumine aedificata kitim uel potius cetim ap
pellata primum. tum a vand rege magni van
dimonis pronepote ethruscis inde corrupto voca
bulo ethruria dicta est. eo torebus lidius hoc
est tirrenus uulterram appellauit haec prima
ciuitas est thuscorum et caput. ianus igitur post
quam ethruriae idest uulterrae imperia
suscepit XII colonias misit quae XII ciuita
tes aedificarent quarum prima ab
ethruscis aedificata perusium secunda
arretium patria mea foelicissima

C

VVLTERRA, à Magno Vandimone in montis cacumine ædificata, Kitim, vel potius Cetim appellata primum: Tum à Iano Rege Magni Vandimonis Pronepote Ethursia, inde corrupto vocabulo Ethruria dicta est. Sed Torebus Lidius, hoc est Tirrenus Vulterram appellauit. Hæc prima Ciuitas est Thuscorum, & caput. Ianus igitur post quam Ethruriæ, idest Vulterræ imperia suscepit xij. Colonias misit, quæ xij. Ciuitates ædificarent; quarum prima ab Ethruscis ædificata Perusium, secunda Arretium patria mea felicissima.


A Hoc monumentum feci, ne patriæ meæ primordia ignorarent posteri, ego Policras Licinius Arretinus, dum in Vulterranensi Collegio Magistri onus substinerem.

Has scripturas, quas hic ego Prosperus repono, leges, vt arbitror, libenter.


XXV *Scarith. die jx. Iunij.* MDCXXXV

VLterra Cethim antiquitus vocata fuit à Magno Patre Vandimone. Cethim filius Iauanis, qui à nostra Ciuitate nomen sumpsit, adolescens cum nostris colonijs
B discedens quandam insulam in medio maris supra tabulas nauigans occupauit; & suum, ciuitatisq; suæ nomen imposuit: quapropter Pelasgi ad differentiam huius Insulæ, nostram ciuitatem, & regionē Kitim appellari dixère.

Monumentum hoc iampridem à Rege Artabano in sum-
C mitate Arcis Horchiæ....... quam magnis literis Ethruscis conscriptum, vetustate temporis dilapsum Aulus Quintius Vulterranus Lucumon restaurauit: Verum à Lucio Sylla cum arx diruta esset, ne periret, ego Mœcenas Cecinna Latinis literis scripsi, & Collegio Augurum donaui.



Sena



Sena primum ortum habuit à ſex pagis in finibus ſex Thuſcorum ciuitatum poſitis; hoc eſt Vulterranenſium, Arretinorum, Cluſinorum, Ruſſellanorum, Feſulenſium, Populonienſium. Pagum Domini mœnibus cinxerunt. Et Sena, eo quod ex ſex pagis, & à ſex Dominis condita ſit. Poſtea à Vulterranenſibus, & Arretinis aucta eſt eo tempore, cum Sutrinis bellum indixerunt; & ſimul gubernabant. Denique Romani potiti ſunt. Lampridius Senenſis Augur Ethruſcorum Collegio reliquit.

A

B

IX.
Scarith.
Die xv.
Martij.
MDCXXXV

Meos penates ad Aquilonem cuſtodi. Ad Orientem Cornua, & vaſa aurea, & argentea quære. Meridies dabit pecuniam. Librum caſu repertum religioſè cuſtodi: nam hunc fata dabunt, cum aliud quæres. Si inueneris, quia caſu, ideo precioſus.


Si diligenter quæres, inuenies multa Augurum monumenta, quæ apud me habebam, quod in Collegio Vulterranenſi ſcribę officio fungar, nec ad ipſum Collegium tranſmittere poſſim obſeſſus. Ideo hæc repoſui, nè Romanis.

Ego Proſperus Veſulius Feſulanus.

C


In duabus mẽbranis; quarũ hic formã vides; multò plures charac.erant; sed adeò antiq. cõsumpti, vt vix pauci efformari potuerint.

A



B

C



A

B

C

omnia transeunt omnia pereunt
sola uirtus manet. ideo ego elbius
maurus ciuis & senator uulterranenus
martis sacerdos augurumque praefectus
A maiorum nostrorum aliqua egregia
facinora quae ex diuersis antiquorum
monumentis & hebraicis & ethruscis
characteribus recepi sic breuiter
latinis litteris in compendium redegi
ne ethruscorum gloria penitus euane
scat. primus igitur qui nostram regio
nem habitauit fuit ezar noster ma
B gus uandimon hic ex sag▷arme
nia ad nos ueniens hanc nostram
ciuitatem supra huius montis ca
cumen aedificauit kitimque nomina
uit post uero xxii annum ab kitim
hoc est uulterrae aedificatione uan
dimon filius nepotibusque suis iape
C tum filium praefecit. ipse religionem
& agriculturam exercuit. iapetus
quem latini uertumnum appellarunt
magogum secundum genitum ad
scitas. gogum tertium filium ad sabeos
medan quartum ad medos. samathum
ad ioues. iubal ad gallos. mosochum
ad cappadoces thium ad traces misit.

OMNIA transeunt; omnia pereunt, sola Virtus manet: Ideo ego Elbius Maurus Ciuis, & Senator Vulterranensis, Martis Sacerdos, Augurumq; Pręfectus maiorum nostrorum aliqua egregia facinora, quæ ex diuersis antiquorum monumentis, & Hebraicis, & Ethruscis characteribus accepi, sic breuiter Latinis literis in compendium redegi, ne Ethruscorum gloria penitus euanescat. Primus igitur, qui nostram Regionem habitauit, fuit Esar noster Magnus Vandimon. Hic ex Saga Armenia ad nos veniens, hanc nostram Ciuitatem supra huius Montis cacumen ædificauit, Kitimq; nominauit. Post vero xxij. annum ab Kitim hoc est Vulterrę ædificatione Vandimon filijs, nepotibusq; suis Iapetum filium præfecit: ipse Religionem, & Agriculturam exercuit. Iapetus, quem Latini Vertumnum appellarunt, Magogum secundum genitum ad Scitas; Gogum tertium filium ad Sabæos; Medan quartum ad Medos; Samathum ad Ioues; Tubal ad Gallos; Mosochum ad Cappodoces; Thium ad Traces misit ad eas Prouincias incolendas. Ipsi verò xxviij. sui imperij anno Gomerus Gallus eius primogenitus substituitur: huic mortuo anno LXIIJ. Ochus Veius filius successit. Hic multa vehicula, & vlerda fabricauit, in quibus Populi habitarent; Cicolamq; in Veientibus construxit; atq; eò quatuor tribus misit; & arcem in hac Ciuitate ædificauit, & turres. Sed anno Regni eius L. Cameses ex Ægypto cum magna colonum multitudine ad nos veniens cum Ocho decertauit: Kitimq; Regnum occupauit; & coloni, qui cum eo erant, Aborigines dicti sunt. Sed Vandimon ob filij impietatem, & scelera illum eiecit: Ianum Gomeri filium Regem constituit; Olimpumque sacrauit. Ianus locum Aboriginibus adsignauit; Ianiculum ędificauit; horas instituit: annos ordinauit; lx. annos regnauit; Eique mortuo Ochus filius successit, qui multos ex Aboriginibus eiecit; Kitimque à nostræ Ciuitatis nomine Regionem omnem vocauit. Vandimon autem Ochi anno xxij. in Cœlum translatus est. Et post xj. annum eidem Ocho Cranus Razenuus successit: Hic Magni Vandimonis filius: Hic Vrbem in quatuor tribus diuisit: & tria castella in tribus collibus ædificata sunt: Huic ljv. annis transactis Vulturnus filius substituitur; qui montes Vrbi circumstantes habitationibus repleuit: & post xlv. annum Ianus Vandimon filius ei subrogatus est: qui Magnum Vandimonem Diuinis honoribus cępit honorare: Templum ei consecrauit. tria castella ciuitati coniunxit, & mœnibus cinxit. Vrbem Kitim Ethursiam nominauit. xij colonias, tres ex vnaquaq; tribu elegit, quæ duodecim ciuitates ædificatent. Denique anno liiij. Aruns fratri est substitutus; qui ædificauit Vultraium; ornauit Templum Vandimonis; eique lacum sacrauit: Ethursiam ædificijs exornauit; & anno xv. à Mesappo è Regno pulsus est: sub cuius imperium Hebraica lingua corrumpi cæpit. Verum, quatuor supra xxx. transactis annis, Ochus, occiso Mesappo, Rex appellatus est; qui, Vulturno filio cum parte

Regni

Regni rebellante, Cambisem alterum filium hæredem instituit; & contra Vulturnum ducem. Sed anno octauo post susceptum Regnum mortuus est; & pro eo Cambises regnauit. Verum cum Razenam filiam Vulturreno Aruni Regis nepoti negasset, causa fuit, vt multi procerum deficerent. Vulturrenus autem Vultraium cum suis aufugit; postea Aboriginum, & Veientum ope Arretium occupauit: ibi suam Regiam constituit; Ethursiam Ciuitatem, quæ corrupto vocabulo Ethruria dicta est, obsedit; verum tertio mense Arretium rediјt; Templumq; Aretiæ Ethruscorum Deæ dicauit. Tandem Cambises, postquam xxjv. annos regnauit, mortuus est; & ipse Regnum obtinuit. Sed

A post xij. annos improuisa morte, non sine veneni suspicione, sublatus fuit: Eiq; Ianus Veius Occi filius successit; qui Vestæ Templum sacrauit; & Vestales virgines instituit. Hoc regnante Ethruscorum coloniȩ Vetuloniam ædificarunt: cum Celtiberis per tres annos decertauit, quos deuictos suȩ ditioni denuo subiecit. Artabanus patruo successit anno xlij. quando Ianus decessit. Hic Galatum vires fregit: & primum sacrorum Pontificem creauit Sagum Tusconem; qui postea in vnaquaque Ciuitate Pontificem vnum elegit. Verum Artabanus xlj. imperij sui anno moritur; & filius Cambus ei subrogatur; qui ex omnibus suæ ditionis ciuitatibus virum vnum apud se retinuit, ex Eth-

B ruria verò quinque; quorum consilio imperium administraret: contra Celtos omnibus viribus pugnauit: Denique pax consecuta est. Anno xlv. mortuo filius Oscus suffectus; qui Cretenses inter se dissentientes castigauit; Aulam Regiam Ethruriæ ædificauit; Arcem maximam ad littus propinqui maris fabricauit; Arinnam Vestalem fecit; Montanùm Aboriginum tumultus sedauit; Cellulam, Voltem, Droliumq; Ethruscorum castella condidit. xxxv. annos regnauit. Postea Regnum eius filius Arentius tenuit; & post xl. annum morte præoccupatus, Tuisco fratri reliquit; qui in proximas Insulas plures colonias misit: Cranum Razenuum Diuinis honoribus veneratus est. Hoc regnan-

C te Salinæ inuentæ sunt propè Regiam ciuitatem: tandem anno xx. Occus filius successit; & triginta sex salinarum æ........

XI. *Scarith. die xxij. Martij.* MDCXXXV

Has Historias, quod tibi vsui futuras, cognoui, tibi reposui soli; serua tibi fideliter: & sicut in Collegio nostro custodiebantur, custodi; nam ipsum Collegium (heu) deficiet, vt video.

Principium Alibi.

Ego Prosperus huius Arcis Custos.

dificia construxit; & in monte castrum, quod Salinarum dictum est, construere cæpit. Hic Regni anno xxvj. sine liberis moriens, Vulturrenum ex sorore nepotem hæredem instituit: Ab hoc Vulturreno Cecinnarum Familia origi-

nem

nem duxit. Hic imperij ſuſceptis gubernaculis,ex noſtræ ciuitatis prudentiſſimis viris xij. in Sagos elegit. Caſtrum Salinarum perfecit: flumen Chatom Cecinnam appellauit; Feſulam ter rebellantem diruit: Arim Ianum auxit; fines Regni in littore maris turribus muniuit. Verum xxxvj. annis tranſactis Ianus, ex primi Vulturreni genere, Rex conſtituitur, & ex quinque vltimi Vulturreni filijs quatuor occidit; quintus dolo Nutricis vitam inuenit. Rex igitur Ianus colonos ex Ethruria in Hircaniam miſit: Sabatium Sagum cum ſuis Armenijs perbenignè recepit; & Ianiculum ad habitandum adſignauit. Ab hoc Sabini dicti ſunt:Cranam filiam Aboriginibus præfecit;à quibus Regina acclamata eſt: qui literas, & ſacras cęremonias docerent, inſtituit. Huic poſt xxvj. annum Cranus Ianiculus eius filius ſubſtituitur, qui ſorori defunctæ ſolemnes exequias celebrauit,infra Deos eam numerauit:Siluam Ianiculo propinquam ei dicauit:diem illum ab omnibus ſolemnibus ſacrificijs honorari præcepit.Et poſt multas clades Celtiberos ſuperauit. Deniq; ſenex Regni eius anno LJV.filium Arunum Regem conſtituit;qui ex Ethruria ciuitate tres colonias elegit, à quibus ſenes Aruntini, Rullenſes, & Fidentiani dicti ſunt. Armenos Griſonios excepit,eiſq; Peruſium ſedem adſignauit; quam ciuitatem ipſi auxerunt. Auſonem cum claſſe inuitus Arunus recepit;eiq; locum in regno dedit ad Orientē: inſuper apud Vetuloniā magnam ſiluam Crano ſacrauit. Vandimoni, & Vertumno aliud Templū propè Ethruriam regiam ciuitatē ædificauit: & tandem moriens filio Tagot Tegeti an.LXIIJ.Regnum reliquit.Hic Thuſcorum fuit magnus Aruſpex. Collegiū Augurum Ethruriæ inſtituit: Contra Phætontem Ægiptiū decertauit;cui tandem in Mediterraneis locis ſui Regni,vt habitaret, cōceſſit; verum Phæton Eridanū oppidū,à quo flumen Eridanus appellatus eſt, conſtruxit;& Ligure filio,à quo Ligures dicti fueruut, relicto, in Ægiptum redijt.Eo tēpore in Regno Tegetis ignis exarſit;& Hiſtribus, Cimeis, Veſuuijſq; magnum attulit detrimentum.Tegetes autem anno xlij. deſideratus eſt:cui Sicanus,qui ex Celtiberis in Kitim, hoc eſt in Italiam venit, & Aborigines ſuperauit,per fraudem ſucceſſit; cum Ligure decertauit;poſtea fœdus cum eo pepigit.Ligur Cidnum,Eridanum,& Genuinum,qui ciuitatem maritimā ędificauit,contra Hiſtros miſit,ſuperauitque. Sicanus Ianigenam Horchiam non longè ab Ethruria ędificauit;atq; illuc tres colonias ex quarta tribu ſelectas miſit. Tādem anno xxx. è Regno pulſus eſt; & cum ſuis in Trinacriæ Inſulam ſe ſe recepit. Luchij Enachij Gigantes Liguris auxilio Regnū adepti ſunt, & cxxx.annos tirannidem crudeliſſimam exercuerunt; opulentisſimum Regnum deuaſtarunt;non ſolum in homines, ſed in Deos immanes,Templorum pretioſa ſibi addicarunt: quilibet eorum,aut aliquam ciuitatem,aut oppidum, aut caſtrum gubernabat:cum ipſo Ligure decertarunt;ipſum vicerunt:qui poſtea ab Enachijs deficiens ſibi adeptus eſt eam Prouinciā,quę à ſuo nomine Liguria vocatur. At Enachij quatuor Ciuitates,eorū imperio non obtemperantes,diripiunt.

A

B

C

In Ethruria ciuitate quatuor dominabantur: tum primum ſeditiones ciuiles.
Aulicus Tegetis pronepos contra Enachios dux,occiditur.Tandem Oſiris,qui
& Apis,iuſtus ille Ægiptiorum Rex indigenùm,& Ethruſcorum ope Enachios
vicit;& diù in altiſſimis montibus obſcdit, donec ſe dederent:quapropter mō
tes illi Apēnini dicti ſunt. Oſiris igitur ab omnib. Rex acclamatus,regnū à Ti-
rannis dirutum cum reſtauraſſet,& nepotē Leſtrigonem Regem conſtituiſſet,
an. x.in Ægiptū reuerſus eſt. Verum Leſtrigon Auo ingratus in eius mortē cō-
ſpirauit; & frater Forcus Neptuni filius ex Ethruria colonias miſit in Ligures;
atq;ſimul cū Vetulonijs, Volſinijs,& Veientib. in Inſulas, quas Cadoſenes vo-
A cauit(hodie vero Corſica, & Sardinia) trāſduxit.Poſt annos xxv. Hercules Li-
bius Oſiris Aegiptij filius contra Leſtrigonem ad vlciſcendam patris mortem
venit;Rexq; appellatus eſt. Hic trans Apenninum occupauit:poſtea cum Le-
ſtrigone apud flumen Arnum dimicauit;eumq; fugauit:Latiū occupauit,Abo-
riginibus vltro dedentibus. Tandem Leſtrigonem occidit; & triumphans per
Portā, quæ poſtea ex ſuo nomine dicta eſt Porta Herculis,in Regiā Vrbem in-
greſſus eſt. Tandem poſt x. annum Leſtrigoneis omnib. extinctis, quieuit: xx.
ſūmo ocio regnauit.oppida Muſarnū,Gedroſiam,Carmaniāq; ædificauit. Ar-
nos Libarnos fundauit;deniq; filio Thuſſo,qui corrupto vocabulo Thuſcus di-
citur, ex Scithia accerſito Regnum conceſſit; & ad Celtiberos redijt. Thuſcus
B autē,qui ſuo nomine Thuſciā nominauit, miſit Gallum filium in Sicaniam cum
Ethruſcorū colonijs quatuor: ſubditos militiā docuit: Templum propè Vrbis
mœnia Herculi patri ſacrauit: Leſtrigonis fautores depreſſit: & tandem xxvij.
anno ei Althæus filius ſubrogatus eſt;qui ob nimiam immanitatem trucidatus
fuit Regni eius anno vij. poſt quā ab Heſpero, qui è Celtiberùm Regno à fra-
tre Crano Atlante eiectus fuerat, ter fractus,victuſq; fuit.Poſt Althæū Heſpe-
rus Rex eligitur: ſed Thuſci Ianum Cambum Cogirum ex antiqui Cābi ſtirpe
quamuis puerū cupiebāt:verū cum intelligerent Atlātem bellū parare, Heſpe
rum Regem,& in pueri cuſtodē receperunt;qui cum fratre Atlante Thuſcorū
ope in gratiā redijt.Verinū Vultrai colonū in filiū adoptauit,à quo Vera fami-
C lia deducta eſt. Verum an. xj.Heſpero mortuo Cranus Atlans relinquens Cel-
tiberis filiū Sicorū,fratris Regnū ſuſcepit; quod Italiā nominauit: Electrā filiā
Iano ſpopondit: Romam alteram filiam Aboriginum Proreginam conſtituit,
quæ Romę caſtellū cōdidit. Morgetē filiū Vmbribus præfecit Feſulā iam pri-
dem dirutam reædificauit: plures colonias trans apeninū miſit: Capenam op-
pidū fabricauit. Tandē xjx.anno moritur; cui Morgetes ſucceſſit, qui Roma-
neſſum nepotē Aboriginū Proregem cōſtituit. Ille vero ab Italico imperio cū
Aboriginib. defecit,& cōtra Morgetē pugnauit,qui Feſulæ,vbi habitabat,an-
no xx.deceſſit;cui Ianus Cambus ſucceſſit,qui Romaneſſū in carcere veneno
occidit.Iaſium coritū cōſtituit; qui poſt patris mortē,quæ an. xxxiij. ſubſecuta
eſt,Rex appellatus fuit: hic per quinquēnium cū Celtis pugnauit, ſuperauitq;

Et Al-

Et Almanam Lugdi illorum Regis filiam in vxorem duxit: hoc regnante seditiones, & bella oriuntur inter ipsum Iasium,& fratrem Dardanum; qui,quamuis Primogenitus non esset, Regnum attentabat; quia frater natus erat, antequam Pater Regni suscepisset diadema; ipse verò regnante Patre natus esset: quarè ad pugnã veniunt: Regnum diuisum est. Dardanus Fesulæ,Iasius Ethruriæ sese recipiebant: Siceleus, qui à Celtiberis mediator venerat cum Iasio consentiebat; quarè Dardanus dolo Iasium anno L. occidit, & in Samotraciã fugit. Patri Iasio Coribantes successit;Quo post xlviij. annum defuncto;Ianus subrogatur. Hoc regnante summa pace gaudebant Itali. Hic Saturnum Magnum à filio è Regno pulsum honorificẽtißimè recepit: Eiq; Regnum in Aboriginibus adsignauit, quod Latium dictum est: hic primus æs signauit. Post xj annum Occus Aulicus Ethruriæ ciuitatis primarius Rex electus fuit: hic primum lictoribus vsus est; Ei anno xx. substituitur filius Volturrenus,qui Ethruriȩ Senatores ioc.instituit; quod similiter fecit in alijs Thusciæ ciuitatibus:cum Pico Latij Rege dimicauit. Vulturnum in Campania, quod oppidum Pater ædificare cæperat, perfecit. Denique anno xlij. Elbio filio regnum reliquit: qui à Pico Latij Rege in Ethruria ciuitate obsessus fuit. Sed Pico mortuo Latinos fugauit: & tandem anno xv. ei Coribantes frater successit. Hic cum Pelasgis decertauit: eisque postea concesit, vt Agillam ædificarent: post annum xxj. Vulturreno nepoti regnum reliquit. Vulturrenus autem Meonios perbenignè accepit; & in singulis Thusciæ ciuitatibus distribuit: Torebum vero eorum ducem apud se retinuit; eique anno jx. moriens regnum reliquit. Verum Torebus,qui Tirrenus ob Vulturreni memoriã vocari voluit, Ethruriam VVLTERRAM nominauit, eamque pulcherrimis ædificijs ornauit; Theatrum maximis sumptibus ædificauit: & post xxiij. annos Tarconti Prisco Vulturreni nepoti regnum restituit; & in filium adoptauit: simulque cum eo Agillam à Pelasgis recuperauit. Tarcon autem sine liberis decedens Abanti ob patrui Tirreni merita Regnum reliquit. Ab hoc nostra Maurorum Vulterrana Familia ortum habuit: hic Dardaniam à Tarconte ædificatam habitatoribus repleuit. Caput Abantum condidit: in Cæritibus (hoc vocabulo etiam Agillini vocantur)habitauit. Huic xv. annis transactis Olanus filius substituitur, qui Mediolanum ædificauit; & anno vj. decesit: cui Veibenus Tombleius ex sorore nepos succesit. Tombleia Vulterrana Familia ab hoc orta est: hic propè Lunenses Tombleium oppidum condidit. Vmbri defecerunt. Ducentos Liguriæ proceres deficere cogitantes damnauit. Mediolani mortuus est anno xjv. filius Oscus succesit: hic cum Vmbris pugnauit; qui inferiores fuère: sed pecunia in libertatem se se vindicauerunt. Vulterræ fanum Marti dicauit; Collegium Auguribus, & Aruspicibus ædificauit intra Vrbem propè mœnia ad Occidentem: duas colonias ad Vol-

icos misit; & postquam Sardos vicisset anno Regni eius xviij. moritur. Tarcon Velleiæ sororis filius successit: hic sæpissime Vetuloniam incoluit; vbi palatium regium construxerat. Marsiæ Regis Caccum Legatum excepit, qui postea Megalis Phrigij opera Vulturnum, Campaniamq; occupauit. Euandro concessit, vt ciuitatem ædificaret. Decertauit cum Fauno Latij Rege: deinde fædus cum eo pepigit: Herculem Græcum honorificentissimè Vulterræ recepit; qui pro Euandro contra Caccum pugnauit. Verum Tarcon postea discedentem sacris honoribus honorauit. Tandem anno xij. Tiberino Regnum reliquit; qui Pelasgos deficientes è Regno eiecit. Ocnum filium cum Ethruscis
A colonis ad Mantuam ædificandam misit. Piseis, Peloponnesiacis populis concessit, vt inter Arnum, & mare oppidum ędificarent. Tiberinum castrum apud Tiberim condidit: tandem anno jx. Mezentius patri successit, homo impius, & superbus, qui Diuinos honores sibi arrogabat. Hoc tempore populi, qui hodie Insubres dicuntur, Apennini, Volsci, Sabini, Ligures defecerunt. Mezentius multos proceres iniustè damnauit: ex plebeis, & popularibus plurimos occidit: quapropter Vulterranenses in eum coniurauerunt; & Perusinorum, Arretinorum, Fesulensium, Lunensium, Populoniensium, Russellanorum, Cortonensium auxilijs freti eiecerunt; qui in Latium ad Latinum Regem se recepit: deindè Cærem se contulit. Cęrites, Volsinij, Clusini, Bolsinenses
B à reliquis Thuscis defecerunt. Denique Cærites deterriti iterum Mezentium expulerunt; qui ad Rutulos confugit; & ab Ænea Troiano simul cum filio fuit occisus. Et hic regum finis.

Hæc ego Elbius Maurus Augurum Præfectus Collegio donaui.

C


In hoc libro eſt pars eorum, quæ geſſerunt Lucumones à principio: Auctor eſt Aruns Petronius.

Proſperus cuſtos Arcis Scornelli.

LXV. *Scarith. die xviij. Septemb.* MDCXXXV

VUlterrani, & omnes Thuſci eiectis Regibus, annuos Lucumones creant: nouæ Leges latæ. Anno igitur ab ædificatione Vulterræ ciↄiↄclxviij. Arui filius Tallus Olanius prim⁹ Vulterranus Lucumon. Hic contra impium Mezentium Thuſcos incenderat; hic regem eiecerat; hic nè amplius Reges crearentur, auctor: quare Ethruſci ipſum ſibi Lucumonem primū. Thuſcinati ædificatio cępta. Siculorum rura capta. A

ciↄiↄclxjx. Ancus Atriarius Lucumon. Vulterranus. Concilinm ad Cærem habitum. Ipſe Ancus Thuſcorum dux contra Vmbros. Vmbri victi, ſe Thuſcis dedère: illuc miſſę colonię. B



ciↄ iↄclxx. Lartes Petronius Lucumon biennium imperat. Ligures, atque Inſubres ſuperantur. C

ciↄ iↄclxxij. Lucio Tombleio Lucumone Thuſcinatum perficitur: ad ipſum incolendum duo millia hominum miſſi. In Inſubres coloniæ. A Vulterranis Naues tres Græcorum captæ.

ciↄiↄclxxiij. Annius Moriconius biennium Imperij gubernacula ſubſtinuit. Poſt adauctum Thuſcorum imperium Mantua à Vulterranis, Feſulanis, & Ar-

reti-

retinis aucta est: & Verona ab ipsis Vulterranis ædificari cæpta.

cIↄIↄclxxv. Luccius Verus Lucumon, Veronæ nomen imposuit. Thuscorum imperio subditi populi numerantur. Vulterrani ducenti quinquaginta septem millia, & sexcenti triginta quatuor. Coloni Vulterrani decies centena millia nongenti octuaginta quinque: Cæteri Thusci, & ipsorum coloni nonagies septies centena millia sexcenti viginti sex. Ad Lacum Larium, & in Vallem Volturrenam coloniæ. Mezentium Cærites iterum expellunt. Æneas Troiugena post patriæ incendium in Italiam.

cIↄIↄclxxviij. Aruus Dorius Lucumon Parmam ædificauit, & colonias misit. Fesulæ concilium generale. Discordiæ inter Lucumones. Alij Turno, alij Æneæ. Thusci populi in partes. Tarcon Perusinus Lucumon, qui contra Mezentium dux fuerat constitutus, pro Ænea arma sumere iubetur. Arretini, Volsinij, Bolsinenses, & Cortonenses Turno fauebant. Æneas victor; Turnus cecidit.

A

cIↄ Iↄclxxx. Larte Cecinna Lucumone concilium apud Ianiculum. Contra Antenorem bellum; qui Thuscorum colonias eiecerat, quæ Adriatici maris littus incolebant.

cIↄ Iↄc lxxxj. Aruno Atriario Lucumone pepigitur fœdus cum Antenore: Locus ei concessus. Celsinum ædificatum. Biennio gubernauit; quod & sequentibus concessum.

B

cIↄ Iↄclxxxiij. Olbius Pomarius Lucumon Vulterræ concilium cogit. Colonijs leges iubentur. Bennus Atriarius Pontifex Maximus moritur. Elbius verus nouus Pontifex creatur.

cIↄ Iↄc*lxxxv*. Tibur Cecinna gubernauit. Volsinij concilium. Cum Henetis pugnatum. Eodem Tibure Thuscorum duce fœdus initum.

cIↄ Iↄc l*xxx*vij. Volturrenus Fidentius, susceptis imperij gubernaculis, Saturniæ habuit generale concilium. Cum Henetis pugnatum iterum; quod pacta non seruauerint: demum induciæ. Contra Diomedem Græcum bellum gestum; nam Volturno infestus multa damna inferebat.

C

cIↄ Iↄcl*xxxjx*. Aruns Maurus Lucumon. Arretij habitum concilium. Duodecim ciuitates duodecim colonias in Campaniam misère. Vulturnum à Vulterranis auctum. Ab Ascanio Latinorum Rege ad Vulterranos Legati orantes, vt Augures Albam mitterentur: solemniter in Templo Martis cum ipsis legatis pro Ascanio fœdus pepigitur.

cIↄ Iↄc*x*cj. Dum Fullus Tombleius Lucumonis munus perageret, Thuscinati arx construitur. Farneta muris circundata.

cIↄ Iↄc *x*ciij. Ennius Petronius Lucumon contra Samnites Thuscorum dux, ipsos superat. Vulterrana curia maximis sumptibus reędificatur, & augetur.

cIↄ Iↄc *x*cv. Tibur Cecinna iterum Lucumon. Ethruscorum Naues ex

Aphrica præda onustæ. Discordiæ inter Vulterranos in electione noui Lucumonis; Tibur Cecinna Menippum fratrem, Elbius Verus Pontifex Maximus Lartem Verum patruum optabat: at exactis sex mensibus duobus ambientibus, tertius, qui nec id cogitabat ex Volsinijs Iasius eligitur.

cIↃ IↃc xcvij. Iasio xviij. mensibus imperante nihil actum est, quod fuerit memoriȩ committendum. Sed in eligendo successore Senatores adeò discreparunt, vt parum abfuerit, quin ciuiles discordiæ excitarentur. Tibur, & Menippus, quod sic Iasius mandauerat, in vincula coniecti: verum ipsorum fautores eos liberant. Iasius eiectus: Elbius Maximus Pontifex clam occisus.

cIↃ IↃc xcviij. Menippus vi Lucumon creatur. Ornus Aulicus Pontifex. Vetuloniæ concilium. Liguribus bellum indicitur; nam defecerant. Menippus Imperij anno secundo moritur. A

cIↃ IↃcc j. Aruns Maurus secundo Lucumon. Genua capta, & deprædata. Murgij arx ædificatur.

cIↃ IↃcc iij. Dum Vulterram regeret Lambius Dorius, Idia Aulica vestalis impudica viua sepulta est. Hic Ennium Maurum, & Lucium Dorium, qui Arretinorum iurgia sedarent, misit: Pagum Scarnij muris cinxit, qui postea Coccianum appellatum.

cIↃ IↃcc v. Antes Aulicus vulterranus Lucumon. Vulterræ habitum concilium, in quo actum est de sedandis Arretinorum, & Fesulensium discordijs. Ancus Tunidicus Fesulensis Lucumon occisus. Fesulenses contra Arretinos arma sumpsère. Antes à Morcho Dorio Iunonis Sacerdote occisus: simulauit Morchus coniurationem, quam ei secretò detegeret, credidit Lucumon; Morchi mala mens, & praua voluntas in Lucumonem conspirauerant; id illi Morchus detegit; sed non prius detegit, quam manus percusserit, ferrum occiderit. At prius simulatis verbis, quam ictu ferri cecidit Antes. *Quem non fallerent simulatæ fidelitatis verba mendacia!* Tum nobilium seditio: tandem vera factio superior. B

cIↃ IↃcc vii. Aruns verus Lucumon. Lunȩ concilium actum. Ipse Aruns dux Gaietam obsedit; cepit. Ascanius id ægre tulit: legatos misit: Gaieta restituta.

cIↃ IↃcc ix. Aruns Maurus tertiò Vulterrani populi imperia suscepit. Ascanius Albanorum Rex imparatam Coniram occupauit. Concilium coactum Vulterræ. Albano bellum obnunciatum. Alcus Alnotius Arretinus Lucumon eligitur dux; parum honestè repulsus: tandem conueniunt. Inter Thuscos, & Latinos fines terminantur. Aruns moritur. C

cIↃ IↃcc xi. Comœtus Vulturrenus successit Arunti. Populoniæ habitum concilium. Histribus, & Carnis bellum illatum. Aruns Tolumnius Lucumon Clusinus declaratus belli dux. Ornus Maximus Pontifex mortuus est: huic sub-

stititur

ſtituitur Arbanus Maurus Aruntis filius.

cIↄIↄccxiij. Alcus Felſinius nouus Lucumon creatur. Aruns Tolumnius, cum in bello parum profeciſſet, reuerſus eſt. Concilium Peruſii. Oſcus Maurus Equitum Magiſter cum Nauibus Thuſcorum ſimul iunctis à concilio in Epirum miſſus, ad Corcyræ Inſulam appulit. Caſſiopem, & Corcyram captas incenderunt: at tertio anno Nauibus præda onuſtis Thuſcinatum reuerſus eſt. Alcus triennij ſubſtinuit imperium.

cIↄ Iↄccxvj. Lucumon Ocnus Volturrenus, & Maximus Pontifex ſacrorum cauſa diſcordes. Augurum Præfecto cauſa commiſſa eſt; qui pro Pontifice ſententiam tulit. Salinarum fontes maximo æſtu aruerunt: quare magna Salis penuria. Vulterranorum Naues duas Dalmatas cæperunt.

A cIↄ Iↄccxjx. Alcus Felſinius iterum Lucumon electus. Feſulæ concilium: Veientibus, & Vetulonijs Lucumon conceſſus. Sub duce Murno Felſinio Alci filio Felſinia ædificata eſt.

cIↄ Iↄccxxij. Mutius Dandolius munus Lucumonis inijt. Saturniæ concilium habitum, in quo bellum decretũ contra Siluium Latinorum Regem; nam Thuſcorum fines infeſtabat. Ardea, Arcium, & Cloſtrum capta.

cIↄ Iↄccxxv. Creatur Lucumon Plemmus Ceſius. Latinorum bellum non dimiſſum: maritimis locis Internum vſque noſtri potiti: & niſi pacem petiſſet

B Siluius, vſque Lauinium, & Albam excurſionem feciſſent Thuſci.

cIↄ Iↄccxxviij. Diſſidium inter Sutrinos, & Bolſinenſes exortum; quare Aulus Cecinna Vulterranus Lucumon cluſij Concilium coegit. Vulſinii Suanam ædificarunt.

cIↄ Iↄcc*xxx*j. Oſco Atriario imperante magnam annonæ caritatem peſtilentia horribilis conſecuta.

cIↄ Iↄcc*xxx*iv. Adraſto Tombleio Lucumone Lunæ concilium: agitur de pace inter Parmenſes, & Pacantinos; nam diù ſimul pugnauerant. Tertius ab Elbio Vero Craſtus Folicus Peruſinus creatur Pontifex Maximus, qui Arbano Mauro Pontifici defuncto ſuccederet.

C cIↄ Iↄccxxxvii. Aruns Verus Lucumon, quod Ligures defeciſſent, Feſulæ concilium conuocat: ipſe Aruns dux electus eos ſuperat. At cum contra Gallos Narbonenſes, qui Liguribus opem tulerant, Tarum fluuium tranſegiſſet, ferro tranſuerberatus interijt.

cIↄ Iↄcc*xxxix*. Nuccius Murſius patritius Vulterranus Lucumon Arunti ſucceſſit. Ad Fanum Herculis concilium coactum. Sincus Ropicus Sutrinus dux contra Gallos: ab ipſis fractus.

cIↄ Iↄccxlii. Mutius Olanius Lucumon conſtituitur. Feſulæ habetur concilium. Turnus Caniſanius Lunenſis contra Gallos, qui in Ligures excurſionem fecerant, dux conſtituitur. Oſcella, & Collogia captæ. Hiſtri cum Henetis

Atria-

Atriario amne traiecto, Adria capta, Veronã obſederunt: quarè Parmæ paruum Concilium indictum: poſtea Coloniæ Veronenſibus opem tulerunt. Mutius Lucumon contra Hiſtros dux creatur.

Azzus Moriconius anno cIↃ IↃCCXLV. Lucumon electus. Mutius Adriam recuperat: inde captis Areſte, & Algino, Pataulum obſedit: ſed Hiſtribus auxilium ferentibus diſcedere cogitur. Azzus moritur.

cIↃ IↃCCXLVij. Cum eligendus eſſet Lucumon, inter Vulterranos exortæ diſcordiæ. Lucius Verus, & Titus Cecinna partium duces: Ventum ad arma: Veri ſuperiores: Cecinnæ expulſi: Vetuloniæ Concilium: ſeditionis duces damnati. Aſcus Dorius eligitur Lucumon. Mutius Patauij potitus, vſque ad amnem Timauum excurſionem fecit; apud quem Vrbem inuenit non dum perfectam, quam ipſe muniuit; atq; ibi Thuſcorum confinia conſtituit. A

cIↃ IↃCCXLIX. Mozzus Dandolius Lucumonis munus ſuſcepit. Thuſcorum Naues Acheos, & Peloponneſiacos affecerunt. Cirnei defecerunt. Vulterræ Concilium. Volſcus Olaſius Arretinus Lucumon belli dux. Omnia Ropicum vſq; deuaſtata. Brutiorum, & Ætolorum naues Grauiſcam appulerunt; atque depopulatæ ſunt. Tum coacto Populoniæ Thuſcorum Concilio, Mozzus contra eos miſſus.

cIↃ IↃCCLij. Sarcus Pomarius Vulterranus Lucumon. Hoc regnante Occus Cigius ſe Vulterranæ plebis ducem declarat: tum contra nobiles ſeditio coorta eſt: at cum ſubitò coloni præſtò fuiſſent, ſeditionis capita damnantur. In Corſica pugnatum. Talcinum captum. Siculi pro Cirneis. Thuſci expulſi. B Nepetæ Concilium: ad Picenos, & Lucanos legati petentes, vt ad Ætolos tranſmeare liceat: à Picenis conceſſum, à Lucanis negatum; quarè per Vulterranos, & Feſulanos Sacerdotes Martis Lucanis bellum indictum. Inde Mozzus Silarium flumen tranſgreſſus Blandam oppugnauit.

cIↃ IↃCCLV. Morgetes Olanius Lucumon electus. Cirnei deuicti. Olaſio à concilio, quod apud Ianiculum habitum eſt, decretum triumphum. Hirlogus Farſius Feſulanus Craſto Pontifici Maximo ſucceſſit. Mozzus Ætolos ſuperat, magnam ſuorum paſſus ſtragem. Vulterranorum naues à Gręcis naufragium paſſæ. Mozzus cum in Brutios cogitaret peſtilentia compulſus, reuerſus eſt: & exercitum diuiſit. Induciæ in tres annos.

cIↃ IↃCCLVIij. Cranus Felſinius Lucumon creatur. Hirlogum Pontificem Maximum Sagi interfecére; quarè ſeditiones exortæ. Morchus Tombleius primus Sagus Pontificatum ſibi: ſed à Generali Concilio, hac de cauſa Volſinij coacto, non ſolum non confirmatur; ſed damnatus occiditur; & Lartes Aredius Cærites Pontifex creatur ab ipſo Concilio. Verum cum Augures eum non confirmauerint, populus elegit Aſcum Maurum ſextum à Benno; nam Morchus, & Lartes cum non fuerint veri Pontifices non numerantur. Iaſius C

Magnesius Populoniensis dux contra Ætolos, & Brutios, qui à Siculis adiuti certamen ineunt: magnis cladibus affecti Brutij se dedére.


cIↄ IↄCCLX. Prospero Volturreno Lucumone Lunæ Concilium. Lacedemoniorum legati venerunt, orantes Thuscorum societatem, & amicitiã. Idem legati Cretensium. Siculis indictum bellum. Iasius Ætolos superat.

cIↄ IↄCCLXij. Cambus Pomarius Lucumon. Cirnei defecerunt. Siculi, Sardis, & Cirneis auxilia ferentibus, Thuscornm maritima deuastarunt. Fesulæ Concilium. Lidoris Abderius Lunæ Lucumon, dux. Coloniæ conuocantur. Aliquot Vulterranorum Naues à Siculis captæ; reliquæ fugam arripere coactæ. Thuscinatum obsidione præmitur. Mideni, & Carthagones Aphricæ
A populi contra..........

LXVI. *Scarith. Die xjv. Nouemb.* MDCXXXV


Repono hic reliqua, quę scripsit Aruns Petronius; & tres Chartas Ethruscis Characteribus scriptas ego Prosperus.

B




C

aedificatio caeres



A

Rwii aedificatio



B

C

Thuſcos Siculis opem ferunt. Brutij deficiunt. Ligures Siculis opem. Luna adorta. Cambus Thuſcinatum defendit. Luna capta, & depopulata. Coloniæ trans Apenninum à Liguribus, & Cirneis ſuperantur. Populonia capta. Apud Ruſſellas concilium: pacem petunt: induciæ in annos viij. id Thuſcis decorum parum: huius belli gratia Cambus quadriennio Lucumonis onera.

cIↃ IↃcclxvj. Fullus Olanius Lucumon: huius sæuitia plebem in patres: tum ciuile bellum exortum. Fesulenses, & Russellani Vulterram. Fullus depositus. Comerus Tombleius pro eo substitutus. Magna pestilentia Thusci vexati. Pontifex Maximus moritur. Critestes Barcolius Perusinus successit in Pontificatu. Thusci colonias Miceram; quæ postea Cuma dicta est.

cIↃ IↃcclxviij. Inter patres discordiæ in electione Lucumonis. Fulli factio id agit pro viribus, vt nullus eligatur, qui non sit ex Fullanis: quare Comerus etiam sequens biennium imperauit. Critestes Pontifex occubuit. Ansur Cronimus Lunensis electus Pontifex Maximus; quem Sagi non recipiunt: populus

A tumultum: Sagi eiecti; ex ipsis tres occisi. Templum Esaris per nouum Pontificem lustratur. Sagi Arretium se recipiunt. Iterum Thusci pestilentia laborant: id effecit, vt Sagi multos ex plebe ad se traherent affirmantes Deos iratos, quod ipsi essent expulsi. Comerus nè nouus Lucumon eligeretur perbellè obstitit. Saturnus Olanius publicè in platea Tribunorum, quò plebes conuenerat in Comerum vociferatus, se plebis ducem constituit: multos ex ijs, qui Tombleiæ Familiæ partes sequebantur occidit. Cecinnæ, & multi ex nobilibus pro Tombleis. Veri pro Olanijs. Ad angulum Pelasgorum, & in via Cambi, & apud Ædiculam Lunæ pugnatur: plebes superior. At sequenti nocte quidam ex plebe, à Tombleis pecunia corrupti, Saturnum Olanium

B suum ducem interfecère. Tum Marancius Pomarius, qui pro Olanijs fuerat, Cecinnam fluuium cum suis transgressus, castrum, in quo se defenderet, ædificauit, quod Pomarancium dictum.

cIↃ IↃcclxxij. Apud Ianiculum concilium. Sagi, quod populos commouerent, & tumultus excitarent, delati. Item Vulterranus Lucumon, quod se Regem faceret. At Sagorum, & Vulterrani Lucumonis potentia, cum inter Lucumones tumultus excitarentur, vacuum Concilium dimissum. Arretini, Perusini, Volsinij, Cærites, Tarquinienses, & Veientes Sagis fauebant. Contra Thuscorum leges apud Cærem magnum Esari Templum ædificant. Tarcon Asenematus à Cæritibus Pontifex Maximus creatur. Vulterranus Lucu-

C mon concilium; quod & Arretinus. Alij Vulterranum; alij Arretinum. Mediolanenses, & populi, qui Rethij dicuntur, à Thuscis deficiunt. Sconus Cesius Vulterranus Vallis Volturrenæ, & Lariensium Lucumon, quod pro Sagis esset, veneno absumptus.

cIↃ IↃcclxxjv. Inter Thuscos pugnatum. Duces Vulterranis Vulterranus; Arretinis Arretinus Lucumon. Ex vtraque parte multi cecidère. Frigore vrgente induciæ. Sagi cum exercitu clam Vulterram: noctu per portam Mercurij in Vrbem admissi. Plebes ad tumultum. Pontifex Maximus occisus. Esaris Templum pollutum. Vulterrani Pontificis Sagi eiecti. Lucumon in ædibus obsessus, tandem in præceps deijcitur. Sagi viribus exercitus con-

fisi ci-

fiſi ciuitatis imperium ſibi adrogant. Præfectus,& Magiſter Augurum ſolemniter Collegium claudunt; & ſe Horchiam. Poſtulati à Sagis,auguria denegant. Sagi ſuo iure imperij leges mutant: aduerſarios multos ex Senatoribus enecant. Tarcon Aſenematus Cære morabatur. Verona, & Adria deficiunt. Adraſtus Volturnius Vallis Volturrenæ, & Larienſium Lucumon illuc cum exercitu; eos ſuperat. Sagi omnes Reges, vel Tiranni: ad obſidendam Horchiam; & Augures perdendos Sagi exercitum: populus omnis tumultus, & ſeditiones: tandem furentibus Vulterranis ciuibus Sagi omnes conciſi.

cIↃ IↃcclxxviij. Occiſis Sagis inter Senatores, & plebem ciuiles diſſenſiones. Plebes in electione Lucumonis adeſſe, in Senatu, & in reliquis officijs locum habere,ambiebat. Feſulenſis, Lunenſis, & Populonienſis Lucumones legatos mittunt, quibus agentibus plebes, & Senatores conueniant: at nihil ab eis actum. A nobilibus Antes Moriconius creatur Lucumon: plebes Alcum Gargames Lucumonem elegit; hic Vriſtor erat: ſæpiſſimè pugnatum. Vultraij,& Scornelli Coloni in auxilium Senatorum. Pars ſuperior,& vltima à nobilibus tenebatur: inferior, & mediana à plebeis. Feſulenſes IↃc. equites, totidem Populonienſes mittunt, qui diſſenſionibus conſulant. Sinico Rigime ex Partenope,Augurum Præfecto,Vrbis gubernatio commiſſa. Vallis Volturrenæ coloni, & Larienſes inter ſe diſcordes arma ſumunt. Lucumon Ianus Murſius Vulterranus, qui prouidere parabat,à Larienſibus eiectus. Comoni Coloniæ pro Valle Volturrena; Mediolanenſes pro Larienſibus. A

cIↃ IↃcclxxx. Præfectus Augurum in magna platea coactum populum ad pacem hortatur; verum in plebem magis affectus dignoſcitur:tandem conueniunt. Pontificem maximum creant Morgetem Salinicum Vulterranum:hic duodecim alios ſagos elegit:hic,licet à generali concilio nō confirmatus,Eſaris Templum luſtrauit. Cærites, Tarquinienſes, Veientes, Faliſci, Grauiſci, Sutrini,Cortonenſes,Aretini,Bolſinenſes bellum denunciant cuilibet Thuſcorum, qui ſe Pirgi non conferret ad concilium ad confirmandum Maximum Pontificem Cæritem. Vulterrani, Feſulenſes, Lunenſes, Populonienſes, Ruſſellani, Piſenſes ſe hoſtes profitentur: prœlium initum: interim Larienſes colonis Vallis Volturrenæ ſuperiores. Latinus Siluius Ianiculum improuiſum occupat. Partenopenſes Vulturnū vſq; excurſionem:eam oram depopulati, Internum inuadunt. Cære Templum Eſaris corruit; quod Pontificem Maximum, & tres Sagos occidit: his rebus deterriti pacem ineunt Thuſci. B

cIↃ IↃcclxxxij. Volſinij concilium. Vulterrani, & Arretini ſimul Senam gubernare cęperunt; quæ paulo ante muris circundata. Aruns Feſulanus ex Feſula à Vulterranis Pontifex Maximus electus, & confirmatus. Aruns Verus Lucumon Vulterranus. Titus Folicus Peru ſinus Lucumon dux contra Latinum. Comœtus Rolleius Feſulenſis contra Partenopenſes. Iaſius Pomarius C

ad con-

ad conciliandos Larienses, & Colonos Vallis Volturrenæ, ad quod prius Titus Ogonus cum quibusdam militibus à Pręfecto Augurum missus, nihil profecerat. Aruns Verus ab Auguribus officium subire prohibitus. Partenopenses onusti præda se recipiunt. Titum Folicum cedere coegit Latinus: tandem simul fœdus ineunt. Titus Ogonus Lariensibus, & Vallis Volturrenæ Colonis conciliatis, eis pro Vulterranis Lucumon. Iasius Pomarius Colonias, quæ defecerant, ad fidelitatem Thuscorum redegit. Aruns Verus à Veris adiutus Vul-
A terranum imperium sibi. Plebes, & Cecinnarum factio Præfecto fauebant. Pręfectus moritur; quare actum de pace. Aruns ab Auguribus confirmatus Lucumon.

CIↃ IↃCCLXXXIV. Arunte Lucumone, cum post tot incommoda, & calamitates summa pace potirentur. Thusci; vt magis ea stabiliretur, Perusium generale concilium coactum; quò omnes Ciuitates Thuscis subiectę conuenerunt. In hoc Concilio latę leges, & priuatę singularum Ciuitatum, & publicę totius Thuscię: quę leges omnium, qui aderant, sacramento confirmatę. Tunc Vulterrę annuus Lucumon creari cœptus.

B CIↃ IↃCCLXXXV. Lucumon Titus Aulicus. Ciuitas instauratur; at præsertim theatrum; in quò, vt huius pacis recordaremur, positę sunt duodecim statuę, quę duodecim primas Thuscię Ciuitates demonstrarent; in medio Pacis simulacrum, quę habet puerum Lamnon diuitiarũ Deum. Tum ibi Lucumone cum Pręfecto, Magistro, & Dorchethibus Augurum, & vniuerso populo pręsentibus à Pontifice Maximo, & duodecim Sagis Dijs omnibus sacrificatum: postea ibi primum Ianogili ludi in honorem Iani.

In Ædib. Maffeor. Vulterræ est quædã marmorea Statua, olim reperta in loco Theatri, quæ hoc Pacis simulacrũ creditur.

CIↃ IↃCCLXXXVI. Alco Elbij Mauri filio Lucumone, Iano ędificatum Templum, quod pacis dictum.

CIↃ IↃCCLXXXVII. Saturnus Salinicus Lucumon. Ex Gręcia Thuscorum naues præda onustæ cum reuerterentur, Medoris Atheniensis Naues duas.

CIↃ IↃCCLXXXVIII. Marancius Pomarius Lucumon trans Cecinnam fluuium Coloniam vnam cum seruis Gręcis misit, vt augerent Castrum, quod ipsius Auus, ædificare cœperat.

CIↃ IↃCCLXXXIX. Crano Oncario Lucumone instituti ludi Simnicani.

CIↃ IↃCCXC. Lucumone Orcho Atriario, Lunę Concilium: actum de Rauenna, quę defecerat recuperanda: Orchus dux: Rauennates ab Vmbris auxi-
C lia petunt.

CIↃ IↃCCXCI. Lucumon Tatius Salinicus. Pontifex Maximus moritur. Tarcon Eruntius Saturniensis creatur. Cum Rauennatibus bellum prosecutum: tum se dedunt. Orchus exercitum contra Vmbros; dum contra Rutinos puguaret, moritur.

CIↃ IↃCCXCII. Alcus Maurus secundo Lucumon. Grauiscę Concilium. Ta-

tius

tius Ramius Ianiculi Lucumon pro Orcho contra Vmbros, quos à Rauennatũ finibus vsque ad Montes deuicit: illuc Vulterrani, Perusini, & Cærites tres Colonias misére.

cIↃ IↃCCXCIIJ. Aulus Cecinna Lucumon IↃ. Equites Fesulam, vt Fesulensium ciuile bellum sedarent.

cIↃ IↃCCXCIIIJ. Luceus Petronius Lucumon. Instituuntur Lalartes, qui ciuitatem, & subditas Colonias optimè instituant.

cIↃ IↃCCXCV. Asco Aulico Lucumone, Dalmatæ maritima Adriæ multis incommodis affecerunt; quarè apud Tarquinienses Concilium: omnes naues Thuscorum contra Dalmatas. A

cIↃ IↃCCXCVJ. Alcus Mursius Lucumon: contra Dalmatas pugnatum: Pinguntium captum.

cIↃ IↃCCXCVIJ. Sarcus Volturrenus Lucumon bellum contra Dalmatas prosequitur: illuc noui exercitus missi. Thusci à Græcis superantur; ex Dalmatis eiecti; ad Insulas Phariam, & Traguntium se conferunt.

cIↃ IↃCCXCVIIJ. Turnus Crosius Lucumon. Bolsenæ coactum Concilium. Noui milites contra Dalmatas iterum missi. Dalmatæ cedunt. Thusci Erderium occupant.

cIↃ IↃCCXCIX. Ennius Verus Lucumon. Thusci Narson flumine potiuntur vsq; ad flumen Drinum. Dalmatæ à Liburnis, & Illiricis adiuti. Histres Rauennatibus, & Adriaticis bellum: quarè Thusci ex Dalmatia exire coacti, nauale bellum committunt cum Histribus: Thusci superiores. B

cIↃ IↃCCC. Tibur Moriconius Lucumon. Lunæ Concilium habitum. Lartes Tolumnius Clusinus Lucumon dux contra Histros: transitus ab Henetis petitus. Heneti denegant; eis à Thuscis bellum indictum.

cIↃ IↃCCCJ. Ansur Atriarius Lucumon. Acedum obsessum, quod post sextum mensem se Thuscis dedit.

cIↃ IↃCCCIJ. Anco Pomario Lucumone, cum Henetis, & cum Histris propè Patauium bellum commissum: Thusci superiores: Patauium obsessum; sed ab Histribus noua auxilia; Patauium obsidione liberant.

cIↃ IↃCCCIIJ. Lartes Volturnius Lucumon: iterum obsidetur Patauium. Patauini noctu Thuscos aggressi multos occiderunt: illuc nouus miles: vectigalia imposita: bis Patauium adortum: Thusci reiecti.

cIↃ IↃCCCIV. Olbius Dorius Lucumon. Moritur Pontifex Maximus: Ac Asnadius ei successit. Patauini se dedunt. Histrorum exercitus fractus: pacem petunt. Concilium Vulterræ. Legatis Histrorum pax concessa: at soluant CCC. Gorg singulis annis. Patauij præsidium. Lalartes electi.

Ego Aruns Petronius Vulterranus Augurum Magister ex Annalibus, &


Histo-

Historijs Thuscorum Ethruscis literis antiquitus conscriptis hæc, quæ supra scripsi, Collegi Anno Vulterræ cıↄ cıↄ ıↄcʟv.

A *Repono hic principium eorum, quæ scripsit Cranus ex Familia Maffa, qui primus ab Arunte Petronio collegit Lucumonum gesta, & incipit vbi Aruns desijt.*

LXVIII. *Scarith Die xxvj Nouemb.* MDCXXXV

Prosperus Fesulanus Custos Arcis Scornelli.



ego cranus massus civis vulterranus gestalucumonum ex diversijs monumentis & historijsthuscorum collegi ab eo anno ubi desijt aruns petronijus. ut sequitur.
ergo anno cıↄıↄcccva. condita vulterrafuit lucumon prosperus tomblejus. fujt delatus ranjus merulus patavjnus. & praefectus augurum quod egjsset contra cjvjtatem. quapropter apud sjlvam nemorosam capite plectjtur.
cıↄıↄccccvı lucumon est electus tatjus aulicus nihjl gestum est quod fuerit scribendum

EGo Cranus Maffus Ciuis Vulterranus gesta Lucumonũ ex diuersis monumentis, & Historijs Thuscorum Collegi ab eo anno, vbi desijt Aruns Petronius, vt sequitur.

B Ergo anno cıↄ ıↄcccv. à condita Vulterra fuit Lucumon Prosperus Tombleius. Fuit delatus Ranius Merulus Patauinus, & Præfectus Augurum, quod egisset contra Ciuitatem, quapropter apud Siluam Nemorosam capite plectitur.

cıↄ ıↄccccvj. Lucumon est electus Tatius Aulicus. Nihil gestum est, quod fuerit scribendum.

C cıↄ ıↄccccvij. Lucumon est electus Tegetes Dandolius; contra quem conspirauit Ancus Volturrenus; & aliqui illi adhærebant; & noctu vigiles occidit; & illum occidere tentauit: sed cum ei non successisset, ipse, & socij multati fuerunt.

cıↄ ıↄccccviij. Hoc anno fuit Gomerus Verus Lucumon; qui Gladiatorios ludos instituit. Ad forum prætorium porticus ædificauit: hic rectam reddidit viam, quæ est à Collegio Equitum ad Templum Iani.

cıↄ ıↄcccjx. Ascus Tombleius, qui ad munus Lucumonis aspirabat, conspirauit in Tarcontem Olanium Lucumonem; & apud Senatum ambitus detulit affirmans, eum pecunias dedisse ad eam dignitatem assequendam. Antes Dorius eum defendit. Ascus autem se, quod dixit, armis defendere paratum esse, declarat. Conspiratio detegitur. Ascus Vultraium se recepit. Tarcon

vehementi dolore affectus, quod duo filij occisi fuerint, moritur; cui Vulturrenus Cecinna substituitur, vt eius vice Lucumonis munere fungatur.

cIↃ IↃCCCX. Cum eligendus esset nouus Lucumon, Ascus tumultum excitat. Senatores discordant. Tandem Ennius Tombleius, eius patrui filius, electus est Lucumon. Ipse Ascus Vulturno præficitur: quod à Vulterranis deficere fecit. Ab officio deponitur Ennius. Quod eum Asco adhærere suspicio esset: at eius innocentia cognita, ad officium reassumitur. Asci ædes desolatę, & bona publicata sunt, & propinqui eiecti; aliqui capite obtruncati sunt; inter hos duo fratres Lucumonis. Milites in Campanos mittuntur. Ascus ad Latinum Siluium Regem Latij confugit, Auxilium petitum; qui, spe potiundi totius oræ trans flumen Vulturnum, sicut ei Ascus promiserat, magnum exercitum mittit. Vulterrani fracti sunt. Apud Veientes habetur concilium. Luceus Masoius mittitur cum magnis exercitibus ad auxiliandum Artabanũ Mursium ducem Vulterranorum; A

cIↃ IↃCCCXj. Hercules Cecinna est Lucumon. Obsidetur Vulturnum. Reliquæ coloniæ spontè se dedunt. Ipsemet Latinus ad Ascum vadit; Vulturnum liberat obsidione. Cecidit Artabanus; & pro eo eligitur Tibur Olanius.

cIↃ IↃCCCXij. Lucumon Vulterræ est Dárdanus Francasius. Ad pugnam ventum est. Latini à Thuscis circumdati sunt. At facta, armataque manu inter medios hostes viam sibi aperiunt. Iterum obsidetur Vulturnum. Interim Latini promissæ eis ab Alco oræ potiuntur; &, ibi relicto magno præsidio, in Latium reuertuntur. B

cIↃ IↃCCCXiij. Cum Aruns Moriconius gereret munus Lucumonis Vulturnũ captum est: trucidantur defectionis duces. Ascus Vulterram captiuus perductus est. Tum viuus comburitur.

cIↃIↃCCCXjv. Hoc an. fuit Lucumon Arbus Aulicus. Eliguntur Lalartes. Gladiatores remouentur. Histrionibus platea constituta est. Perusij concilium habetur. Arbus dux eligitur ad recuperandas Colonias, quas Latini occupauerant.

cIↃ IↃCCCXV. Lucumon electus est pro hoc anno Sabatius Maurus. Thusci Latinos superant ad flumen Vulturnum; & post sex menses non solum occupatas oras recuperant; sed etiam Alpium fines attingant. C

cIↃ IↃCCCXVj. Est Lucumon Sarcus Atriarius. Arbus occidit. Sarcus ei successit. Facta est pax cum Rege Latino. Sarcus in fines Picenorum transiuit; qui fouebant, & excipiebant aliquos, qui defecerant. Adoritur Nesmi; qua Ciuitate capta, arma versus Eretram vertit. Templum Apollini extra Portam Solis ad Orientem ædificatum est hoc anno pro victoria de Picenis.......

cIↃ IↃCCCXVij. Cum esset Lucumon Turnus Moriconius, Sarcus Eretram ce-

pit; & vſque ad mare peruenit. Illuc Colonias Thuſci mittunt. Sarcus dux Vulterranæ Coloniæ Ciuitatem ædificat, quam Adriam inferiorem vocauit, ad differentiam alterius Adriæ, prius ab ipſis Vulterranis ædificatæ. Turnus ſexto menſe Imperij mortuus eſt; cui Coribantes Francaſius ſubrogatus eſt.

A cIↃ IↃcccxviij. Fuit Lucumon Alcus Ceſius: hic propter nimiam crudelitatem, quam in adminiſtrando officio exercuerat, poſt officium à Senatorijs Iudicibus morte damnatus fuit; nam Morchus Pomarius, & Elbius Dandolius eum criminati ſunt.

cIↃ IↃccccxjx. Pomponæus Volturrenus Vulterranus electus eſt Lucumon. Alcus, qui ſe receperat ad Laertem Ceſium patruelem, Vallis Volturrenæ Lucumonem, Vulterram in ius vocatur; qui nõ ſolum non obediuit; ſed habuit militum delectum; & ex Tranſapenninis Colonijs magno exercitu comparato, Vulterram verſus venit. Eius conſanguinei, & fautores Vulterræ tumultum excitant: plebem commouent; at tandem eiecti ſunt.

cIↃ IↃccccxx. In hoc anno, dum gubernaret Ciuitatem Menippus Fidentius,

B mortuus eſt Pontifex Maximus. Alcus apud Arnum ſuos recipit: Feſulani non poſſunt ei obſtare; quod ciuilibus diſſenſionibus agitarentur. Plebes iterum pro Alco conſurgit. Lucumon, & pars Senatorum ſe Vultraium recipiunt. Alcus Vrbem ingreditur, & ſe Lucumonem appellat. Creatur Pontifex Maximus Morgetes Salinicus.

cIↃ IↃccccxxj. Alcus in Lucumonis munere perſeuerat. Vultraij cum ſuis Menippus obſidetur: eos Ceſius trucidat. Apud Ruſſellas cogitur Concilium. Ad Concilium Alcus non accedit. Ab ipſo Concilio damnatur. Alcus ita ſe geſſit, vt timeatur potius, quam ametur. Tandem ab amicis, quibus magis fidebat, anno ſecundo ſui imperij occiſus occubuit. Igitur Alco mortuo, eius ædes deſolantur; bona publicantur; & corpus minutatim diſciſſum eſt.

cIↃ IↃccccxxiij. Eſt Lucumon Tibur Dandolius Naues Vulterranorum à Corinthijs nauibus adortę ſunt; vna capta eſt; & vna demerſa.

C cIↃ IↃccccxxjv. Lucumone Oſco Mauro, Thuſcorum Naues, contra Corinthias progreſſæ, potiuntur Inſulæ Cephaloiæ, & Acheis infeſtæ fuerunt: cum Nauibus Græcorum iniuerunt certamen, & tres ex eis ceperunt. At vna Thuſcorum ex Populonia ſubmerſa eſt. Lalartes ſunt electi. Vallis Alſia exarſit ab ædibus Francaſiorum vſque ad Choriciam, vbi adſeruatur frumentum publicum; & peruenit ignis vſque ad Theatrum, quod omninò non tetigit.

cIↃ IↃccccxxv. Iaſius Murſius Lucumon. Naues Thuſcorum Numidijs, & Midenis damna intulerunt. In via Occi inter hortos Lucumonum, & arcem contra Templum Vertumni conſtituitur platea pro Salgamaris, vt ibi cibaria venderent.

cIↃ IↃccccxxvj. Fuit electus Lucumon Antes Aulicus: quo regnante à Pla-

tea Barcouicti directa est via Tarcontina vsque ad Templum Rhetiæ Voltumenæ, quæ prius erat flexuosa...

cIↄ iↄccccxxvij. In Lucumonis munere constitutus est Ennius Cecinna...

cIↄ iↄccccxxviij. Antius Dorius Lucumon. Morgetes Pontifex Maximus moritur: pro eo electus est Ansur Marcicus Vulterranus. Sutrij habetur concilium: sed propter ciuiles discordias pauci Lucumones adfuerunt. Ansur non confirmatur.

cIↄ iↄccccxxjx. Contigit hoc anno munus Lucumonis Elbio Salinico. Vulterrani discordant in electione Pontificis. Fesulæ indictum est Concilium: Thusci Lucumones illúc non conueniunt. Rauennates deficiunt. Comoni habetur concilium Coloniarum Transapenninarum. Rauennam cum exercitu properant: illam obsident. A

cIↄ iↄccccxxx. Semper discordes Vulterrani, etiam in electione Lucumonis discordant hoc anno; nam multis ambientibus nullus eligitur. Plebes arma sumit; obnunciat Senatoribus se eos omni administratione priuaturam. Quatuor Collegia Tribuum in platea Vristerum suum Concilium habent; eligunt Lucumonem Antem Ceum Tribunum partis inferioris; hunc Augures confirmant. Nobiles nolunt eum ire ad Templum Martis; quarè iuit ad Templum Vandimonis. Nobiles tandem eligunt Lucumonem Accerem Cecinnam: ab Auguribus non confirmatur: attamen in Templo Martis ornatur diademate Lucumonis. Nobiles tentant expellere Augures, & prohibent Collegium aperiri: plebes iterum arma sumit. Accer, & multi nobilium ad Castrum Salinarum fugiunt: multi se in arcem recipiunt; qui tandem coacti sunt obedire Anti Ceo Lucumoni plebis. B

cIↄ iↄccccxxxj. Plebes elegit Lucumonem Pelitum Pasum; qui à Morcho Mauro, Antio Cecinna, multisque alijs fuit occisus: Ipsi ad Siluam Nemorosam capite plectuntur. Tum electus est Lucumon Acchius Sconus.

cIↄ iↄccccxxxij. Igitur Acchio Scono Lucumone Antius Moriconius Vallis Volturrenę, & Lariẽsiũ Lucumõ à nobilibus impulsus à Vulterra defecit; quod idem fecerunt Vulturnum, Adria, Castrum Salinarum, Pomarancium, & Vultraium: nam in hæc loca nobiles se receperant: quarè Acchius cum multum temporis in nihil agendo contriuisset, Tribunorum impulsu milites misit contra Castrum Salinarum; vbi cum diù pugnassent nobiles, nec resistere possent fugiunt Pomarancium. Sed Acchius, quod victoriam non est secutus, & quod ad munus Lucumonis exercendum non esset aptus, depositus est ab officio, & missus in exilium. Ipse ad nobiles Pomarancium se recepit; & pro eo fuit electus Vancus Lamus Vulterranus, qui erat Præfectus Augurum, potissima causa discordiarum: qui cum subito exercitum ordinasset, & Magistrum Equitum eiecisset, Vultraium, & Pomarancium plures copias direxit contra nobiles. C

ciↄ iↄcccxxxiij. Lucumone Vanco Lamo. A Perusino Lucumone fuit indictum Perusij Concilium: sed propter Thusciæ dissensiones pauci illúc conuenerunt; quarè nihil deliberatum est. Vancus interea habebat delectum militum. Inter Arretinos, & Clusinos erant dissensiones: etiam Fesulani in partes. Russellani, & Populonienses nobiles Vulterranos adiuuant. Achij opera Thuscinatum defecit. Interim Thuscorum Naues ex Asia victoria potitæ reuertuntur; quarè nobiles superiores fuerunt.

A

ciↄ iↄcccxxxjv. Vancus Lucumonis in munere persistit. Nobiles per portam Iani clam in Vrbem ingrediuntur; & cum transissent viam Chrimam, ad Templum Lamnon, & ad Templum Infernorum Deorum prœlium commiserunt cum Tribuno Mediano: sed cum superiores fuissent, viam Orcam, & Templum Neptuni occupauerunt vsque ad magnum fontem Volturreni: quò cum Vancus cum plebe præstò adfuisset, fuerunt à multitudine per eandem Portã parum honestè reiecti. Cum res Thuscorũ ita se haberent, Alba Siluius Rex Latinorum cum Vmbris, Picenis, & Pelignis fœdus inijt. Vulturnum flumen ex vna parte; ex altera Tiberim contra Thuscos traiecerunt; & Ianiculo capto, contra Veientes arma vertunt.

B

ciↄ iↄcccxxxv. Ipse Vancus Præfectus, cum confirmatus esset Lucumon, iuit ad pugnandum contra nobiles. * * * *

LXXII. *Scarith Die jv. Decembr.* MDCXXXV

Reliqua, quæ scripsit Cranus Massus, hic repono
Prosperus Fesulanus.

qui inter Castrum Salinarum, & Ciuitatem Castra posuerunt; & eos terga vertere cogit. Cærites propter finitimum bellum ad Cærem Concilium indixerant; quò nec Vulterrani; nec Arretini, nec Clusini conuenerunt. Tarcon Tigonigrus Cæritum Lucumon, fuit electus dux contra Vmbros, & Picenos, qui defecerant, & contra partem Latinorum; sed contra alteram, & contra Pelignos Vrnus Deschius Russellanus. Nonnulli etiam equites missi fuerunt, qui seditiones inter Arretinos, & Clusinos exortas sedarent. Item alij equites ad patritios Vulterranos cum plebe conciliandos. Vulterrani tandem cum plebe dimicant. Vancus occisus est. Plebes in fugam conuersa, à nobilibus petijt veniam, quam Russellani, & Populonienses à nobilibus plebi impetrant. Firmata pax: & in eo loco, qui Sethac dicitur, & distat ab Vrbe ciↄ iↄccc. passus versus Castrum Salinarum, vbi prœlium commissum fuerat, à quatuor vltimis Sagis solemniter sacrificatum est: tum electus fuit Lucumon Pomponęus Marcicus Pontificis Maximi germanus.....

C

ciↄ iↄcccxxxvij. Dum Pomponæus Lucumonis munus administraret, mili-

tes Vulturnum missi sunt; & aliqui ad Veientes; nam Veientes hostes pepulerant: at Sutrium se se hostes receperant. Antius Moriconius. Pomponæum Lucumonem non agnouit, quin Tatium Salinicum, qui illúc iuerat, vt in Officio succederet in carcerem detrudit.

CIↃ IↃCCCXXXVIIJ. Aruns Dandolius Lucumon. Latini Vulturno coacti terga vertunt. Altera pars Latinorum Nepetam cepit. Birgiæ actum Concilium. Ascus Verus contra Antium Moriconium missus est; & mandatum Colonijs, vt Asco milites concederent, vt Antium ab officio vi remouerent.

CIↃ IↃCCCXXXJX. Armise Vero Lucumone. Vrnus Deschius, cum Vulturnum transmeasset, Latinos in Latium insecutus est: & occupato Sessano Soratiam obsedit; quarè Latinis reuocandus fuit exercitus, quem in Thuscis habebant. Antius Moriconius occubuit; quapropter Asco facillimum fuit, eos populos ad obedientiam Thuscorum reducere: Tatius etiam diem clausit, an ab Antio, an vero ab Asco occisus, vt ei in officio succederet, non satis compertum est. A

CIↃ IↃCCCXL. Electus fuit Lucumon Vulturrenus Cecinna. Pontifex Maximus moritur: pro eo creatur Dárdanus Eborceus Vetuloniensis. Lunę Concilium habetur: Thusci exercitus à duobus lateribus Latium exagitant: hinc Ariciam occupant; illhinc Soratiam, & flumen transmearunt. Pontifex Maximus non fuit ab Auguribus approbatus: quarè Ianus Eborceus eius frater eligitur......

CIↃ IↃCCCXLJ. Fuit Lucumon Muccius Fidentius. Populoniæ habetur Concilium. Thusci Albam obsident. Ab ædibus Sagorum ad Vestales ædificantur ædes ad vsum vxoris Maximi Pontificis...... B

CIↃ IↃCCCXLIJ. Turrenus Maurus inijt Lucumonis officium. Alba capta est: Rex clam aufugit in montes: Alba depopulata incenditur. Peligni, Liburni, & Dalmatæ in Regis auxilium accurrunt. Frentani, Picentini, Lucani, Brutij, Samnites, & Ætoli à Latinis postulati fœdus ineunt contra Thuscos, quos sibi infestos futuros timebant; & Colonijs, quæ in Campania erant, damna intulerunt. Illúc Thuscorum exercitus aduenit.

CIↃ IↃCCCXLIII. Lucumon est Prosperus Dorius. Cortonę indictum est Concilium. Transappenninæ Coloniæ vocantur, vt irent in Campaniam: militum delectus iterum habetur; cum quibus missus est Magister Equitum, qui Tiberim transgressus Ardeam cepit. Frentani, & cæteri populi Internum obsident. Rex Latinus cum exercitu suas Vrbes in Latio recuperauit. Ardea igitur capta Elbius Verus Equitum Magister, cum Lauinij agrum deuastasset, Sesiam aggressus est, quam cum depopulatus esset, in Campaniam venit... C

CIↃ IↃCCCXLIV. Alcus Dorius Prosperi frater eligitur Lucumon. Frentani, alijq; populi Internum capiunt; vbi crudelissimè Thuscos affecerunt. Libur

ni,

ni, & Dalmatæ populi cum Latinis diſcordes ſe ſe retrahunt. Equitum Magiſter, cum ſe Vulturni Deſchio coniunxiſſet, cum eo contra hoſtes progreſſus inter Internum, & Cumam bellum committunt. Frentani, alijque populi, qui fœdus inierant, victi, fugatique ſunt; quos Thuſci inſecuntur. Creantur Lalartes, non abſque tumultu.

ciɔ iɔcccxlv. Ex familia Vera Lucumon electus eſt Vulturres. Apud Ruſſellas cogitur Concilium. Rex Latinus pacem poſtulauit: Conceditur. Thuſci vrgente frigore, & magnis, continuiſque imbribus coacti reuertuntur; &
A in Campania inter Colonias caſtra collocant.

ciɔ iɔcccxlvj. Tibur Volturrenus Lucumon. Parthenope à Thuſcis capta, & depopulata eſt. Frentani, & ſocij per legatos inducias petunt; nec eis cōceduntur: Equitum Magiſter Picentinis multa damna intulit; ſed magna peſtilentia reuerti cogitur; quarè inducias in xxxv. annos iniuit.

ciɔ iɔcccxlvij. Anſure Murſio Lucumone peſtis in Thuſcia inualuit; quare ſolemniter expiatur populus; & ſacra fiunt.

ciɔ iɔcccxlviij. Quod peſtilentiæ vis ingraueſceret, Anſur in Lucumonis munere perſeuerat.

ciɔ iɔcccxljx. Etiam tertio anno Lucumonis munus exercet Anſur. In Thuſcia peſtilentia ceſſat. Ianus Pontifex moritur: cui Hercules Ceſius
B Vulterranus ſubrogatur. Magiſtro Equitum decretus eſt triumphus: quarè ei triumphalis arcus erigitur ad Angulum Coribantis inter Veſtales, & Forum Tirrenum.

ciɔ iɔccccl. Saturnus Francaſius fuit Lucumon electus. Vetuloniæ habitum eſt Concilium. Ad petitionem Augurum ſex legati eliguntur, qui ad SALOMONEM Regem Hebreorum irent. Ad quem duodecim crateres aureos miſerunt. Cum his Collegium Augurum duos Dorchetes miſit; vt illius Regis ſapientiam audirent, quæ ab omnibus quam maximé celebratur.

ciɔ iɔcccclj. Lucæus Salinicus Lucumon. Ad finem anni Legati redeunt à
C SALOMONE cum donis ingentibus, quę ad Thuſcos Rex ſapientiſſimus miſerat.

ciɔ iɔcccclij. Lucæus confirmatur Lucumon. Thermæ, à Tirreno Rege olim ædificatę in Via Meonia, reſtaurantur.

ciɔ iɔcccclij. Artabanus Marcicus eligitur Lucumon.

ciɔ iɔcccljv. Tiberinus Ceſius Lucumon. In eligendis Lalartibus inter Sagos, & Senatores excitatur tumultus; quarè Vulterræ generale concilium indicendum fuit. In quo pro Senatoribus dicta eſt ſententia, Sagis, & Pontifice Maximo indignantibus.

ciɔ iɔcccclv. Olbius Pomarius Lucumon.

ciɔ iɔcccLvj. Aruus Atriarius Lucumon.

ciɔ iɔcccLvij. Azzus Moriconius Lucumon.

ciɔ iɔcccLviij. Gomerus Atriarius Lucumon.

ciɔ iɔcccLjx. Oſcus Volturnius fuit Lucumon; hic admodum ſuperbus fuit; hic quam plurimos Senatores, & Ciues ſine vlla cauſa iniuſtè occídit: quare poſtea à Iudicibus iuſtè poſt officium damnatus fuit.

ciɔ iɔcccLx. Cum Orchus Maurus eſſet Lucumon, quod Peruſini, & Arretini diſcordes eſſent, Feſulæ habitum eſt Concilium. Vulterræ etiam in electione Lucumonis inter Senatores diſſenſiones: nam pari ſuffragio electi ſunt Ennius Tombleius, & Titus Cecinna; quarè cum eſſet ſorte eligendus Lucumon, ex Orin fuit extractus ab Auguribus Ennius Tombleius; quapropter vehementer Titus exarſit inuidia. A


B

C

LXXVI. *Scarith Die v. Decembris* MDCXXXV

Mecenas Cecinna hęc scripsit.

Prosperus reposuit.



CIↃ IↃ CCCLXj.

A Anno; postquam Magnus Vandimon hanc nostram Ciuitatem ædificare cæpit, Ennius Tōbleius, sorte Lucumon electus, Antiū Marcicum, à minimo Cōcilio Vallis Volturrenæ, & Lariensium electum Lucumonē, confirmare noluit: B nam Titum Cecinnam timebat; atque, vt ab Vrbe abiret, cupiebat; ideò ad regendos Larienses, & Colonos Vallis Volturrenæ eumdem Cecinnam misit. Volturrenę Vallis Coloni tumultum cō mouent; inde ad defectionem. Titus quò magis minis, & pœnis tumultum sedare tentat: eò magis tumultum excitat. Vetus Templum Osiridis, à Thusco Rege antiquitus in via Enachia ædificatum, restauratur, & augetur.

C CIↃ IↃCCCLXij. Menippus Cecinna Lucumon. In Valle Volturrena Coloni Vnciæ arma sumpsére contra Titum Lucumonem; qui accersitis ex Neptrusia CCCC. Equitibus Vncinos Colonos superat; seditionis duces in carcere

custo-

custodiri imperat. Valgæ minimum Concilium coactum est. Nercus Aginithus in Lucumonem locutus, Concilij legatos ad defectionem incendit. Titus, quamuis Equitibus, & Lictoribus stipatus esset, lapidatur. Qui Vnciæ erant in custodia, à populo liberantur. Lucumon, & Senatus Vulterranus, audita Vallis Volturrenæ seditione, Orcium Salinicum, & Nuccium Atriarium cum CIↃ IↃC. Equitibus illúc ad tumultus, & dissensiones sedandas misére.

CIↃ IↃCCCLXIIJ. Armises Verus Lucumon. Volturrenæ Vallis, & Lariensium Coloni tandem deficiunt. Exercitũ contra duces Vulterranos mouent. Orcius legatus Vnciam adijt, non recipitur. Neptrusini, & Salieni sunt pro Vulterranis: qui noctu per portã Zanci Ciuitatẽ Vncinam ingrediuntur. Vncini, id non expectantes, Vulterranis obstare non audent. Orcius, Nucciusq; humanitate Colonos placare curant. Concilium minimum indicunt: Vallis, & Laci populi cum armis ad Concilium adueniunt. Deniq; Nuccij eloquentia Colonum irã mulcet; atq; agit, vt JV. Legati eligerentur, qui Vulterram mitterentur veniam postulatum, atque petitum IↃ. Gorg, quæ Vulterranis debebant. A

CIↃ IↃCCCLXJV. Elbio Marcico Lucumone, Orci, & Nuccij humanitas, atq; benignitas Colonum seditiones sedauit. Nuccius ab ipsis Colonis electus, ab Elbio, & Senatu Vulterrano Lucumon confirmatur. Legatis, quidquid petiére, conceditur. Creantur Lalartes, à quibus decretum, vt Lariensium, & Vallis Volturrenæ Lucumon biennio tantum gubernet. Item Comoni Præfectus. Verum Præfecto superioris, & inferioris Adriæ, atque Vulturni triennij munus concessum. Saturni Templum in Vico primo Pelasgorum restauratur. A Pontifice, & Sagis sex Sacerdotes eliguntur; qui Saturniani Sacerdotes dicti. B

CIↃ IↃCCCLXV. Prosperus Crosmirius Lucumon. In via Vera versus Theatrum, Penatum publicorum Templum corruit: quarè omnis populus lustratur: &, nè aliquis ad illorum Vicum accedere audeat, cauetur. A Sacerdotibus reædificatur sine porta, & sine fenestris.

CIↃ IↃCCCLXVJ. Tibure Olanio Lucumone, Hercules Cesius Pontifex Maximus moritur. Arbus Dorius subrogatur.

CIↃ IↃCCCLXVIJ. Cum esset Lucumon Alcus Volturnius, Concilium Vulterræ habetur; propter Arretinorum seditiones. C

CIↃ IↃCCC LXVIIJ. Neuius Volturrenus Lucumon antiquissimum Templum Brodonæ ad Siluam Nemorosam auxit.

CIↃ IↃCCCLXJX. Lucumone Larte Cecinna, Barcholus Parmensis Lucumon ad defectionẽ populorũ animos incendit. Cum Mediolanensibus, Rauennatibus, & Cõcilio Rethię agit, vt Parmã à Vulterrano imperio liberarent. Ornus Mursius cũ nõnullis cohortibus Parmã à Vulterranis missus, vt colonos deterreret. Parmę pugnatur. Lucumon Barcholus è Ciuitate fugatur. Lartes Vulterranus Lucumon maximis sũptibus Ædes Cecinnarũ ad Angulum pericum restaurat.

ciↄ iↄcccLxx. Titus Tombleius Tirreniæ Ciuitatis Lucumon Senatores jv. ad Parmenſes diſcordias ſedandas Parmã mittit. Barcholus, qui cum ſuis ad Caſtrũ Gremelum ſe receperat, Mediolanenſiũ, Rauennatum, & Rethiæ expectabat ſubſidiũ. Aliquæ Coloniæ Feſulenſium, Arretinorum, & Vulſiniorũ deficiunt.

A ciↄ iↄcccLxxj. Anſure Mauro Lucumone, Bleræ Concilium: in quo decernitur, quot annis mitti in Volturrenam Vallem, & ad Lacum Larium cohortem. Item inter Padum, & Mantuam, & ad Felſinam, vt Colonias cohiberet. Barcholus cum ſuis à Vulterranis militibus occiditur.

ciↄ iↄcccLxxij. Lucæus Pomarius Lucumon. A Vulterrano Senatu deliberatum eſt, vt Parmenſes, quemadmodum Coloni Vallis, & Laci, ex Vulterra ſibi Lucumonem eligant: Verum Parmenſes obtemperare negauerunt.

ciↄ iↄcccLxxiij. Menippo Aulico Lucumone, Sagi, inter ſe diſcordes à Pontifice munere priuantur. Duo Saph extinguuntur: ideò omnis populus ex legis decreto luſtratur. Sagi iterum ad officium admiſſi. Cum fontes Salinarum deficerent, Salinatores nouos fontes magnis ſumptibus ædificant; vt

B meatus aquarum, vndiq; diffuſi, in vnum denuò redigerentur.

ciↄ iↄcccLxxjv. Dum eſſet Lucumõ Ornus Ceſius, in electione Lalartũ ſeditiones oriuntur. Mauri, & Cecinnæ ad pugnam: Maurorum Sacerdotes Martis, Cecinnarum Herculis, duces fuére: Pontifex Maximus, cum tumultũ imperio ſedare vellet, occiditur. Quidam Maurorum damnantur. Pro Mauris eſt Lucumon: Sagi autem pro Cecinnis. In Magna platea ad Ædes Maurorũ iterum pugnatur. Sagi, & Cecinnę inferiores fuére: qui plebem ad tumultum excitant: quapropter bellum ciuile exoritur. Tandem Cecinnæ, & Mauri cõciliantur. Patritij omnes contra Pontifices, Sacerdotes, & plebẽ. Augures ſeditionem extinguere curant: extinguunt. Sagi contra conuentiones pacis. Quarè Ethruriæ ad fanum Voltumnæ Conciliũ indicitur. Illúc Sagi vocãtur, ſed venire recuſantes, Pontificio munere priuantur, & alij duodecim eliguntur.

ciↄ iↄcccLxxv. Lucumone Artabano Aulico, Primi Sagi veniam petunt. Vt

C omnis tumultus ſedaretur, decretũ fuit, vt omnes xxjv. eſſent Sagi. At cum aliquis decederet, nullus in eius locum ſubſtitueretur, donec ad duodecim redigerentur. Cum in Magnam plateã omnis populus cõueniſſet, Dárdanus Dandolius Vulterranus, primus ex vltimis Sagis, Pontifex Maximus eligitur. Ab Orno Fidentio Colonia deducitur ad Cellulam augendam. Ædes, quæ ſunt à Platea Vriſterũ ad Templum Vandimonis, & vſq. ad Angulũ Iaſij, exarſerunt.

ciↄ iↄcccLxxvj. Olbius Pomarius Lucumon. Volcæ habetur Concilium. Quidam ex Parthenope incenderunt Lucum Herculi ſacrum: & peruenit ignis vſque ad parietem Magni Templi ipſius Herculis. Rei capti præciſis manibus, erutis oculis, combuſti ſunt.

ciↄ iↄcccLxxvij. Eſt Lucumon Elbius Moriconius.

ciɔ iɔccclxxviij. Turno Volturreno Lucumone, nihil eſt memoria dignum.

ciɔ iɔccclxxjx. Dum Lucumonis munere fungeretur Iaſius Felſinius, Monathius à Parmenſibus Lucumon electus à Vulterrano Senatu non confirmatur; Nam Barcholanis adhærebat: attamen Lucumonis officium exercet: quarè Vulterrani Cranum Dandolium miſerunt, vt ſine tumultu Parmenſes ad obedientiam redigeret. At ipſe, Colonum animos à concordia diſſentire cognoſcens, eis bellum indixit: & Vulterram reuerſus, illúc cum magno exercitu perrexit. Parmenſes timentes ad Cranum legatos cum Monathij capite miſére, orantes veniam. Ignoſcitur Colonis. Cranus Lucumonis munus hoc anno Parmæ exercet: deindè, vt prius ſolebant, Parmenſes ſibi Lucumonem eligunt. A

ciɔ iɔccclxxx. Turreno Francaſio Lucumone, Ennius Maurus in locum defuncti Pontificis Maximi eligitur; verum, cum ſe aptum ad hoc munus non cognoſceret, Pontificatu ſe abdicauit. Aruns Tolumnius Cluſinus ei ſubrogatur. Pontifices in Templo Lamnon, & in Templo, vel in antro Infernorum Deorum ſolemne Sacrificiũ obtuleruut propter maximas tempeſtates, fulgura, & fulmina, quæ Augures infauſta eſſe dixerunt.

ciɔ iɔccclxxxj. Cogiro Salinico Lucumone Lunæ coactum Concilium. Tatius Croſius Peruſinus dux eligitur contra Frentanos, Picentinos, Lucanos, Brutios, & Ætolos, quod ſequenti anno induciæ tempus compleretur. Qui cum audiſſent à Thuſcis ſcribi milites, Legatos pacem poſcentes ad ſingulos Thuſciæ Lucumones miſére; quarè Vulterræ Concilium. Pax negatur. B

ciɔ iɔccclxxxij. Saturnus Olanius Vulterranus Lucumon. Tatius cum parte exercitus in Campaniam progreſſus eſt. Bellum incæptum proſequitur. A Vulterranis Vulturres Verus cum cciɔɔ peditibus, & iɔɔ equitibus mittitur. Parthenopem Tatius aggreditur: Hoſtium vires ſimul congregantur. Lucani, & alij populi legatos ad Athim Siluium Regem Latij ſubſidium petitum: nè cum Thuſcis fœdus frangatur, Rex Latinorum clam paucos milites miſit. Siculi opem maximam hoſtibus promittunt. Interim Parthenope capta depopulatur.

ciɔ iɔccclxxxiij. Lucumone Iano Marcico, Thſci omnia depopulantes, & incendentes, agrum Picentinorum vſq; ad flumen Silarum occupant: propè fluuium cum hoſtium exercitibus prœlium commiſſum: Thuſci ſuperiores flumen tranſiére; & vſq; Blandam fugientes hoſtes inſecuti, eam Ciuitatem depopulantur: deindè Vlcem primam Lucanorum Vrbem obſident. Interim Peligni, Frentani, & Caraceni Campaniam maximis itineribus petebant; quarè Veius Elicius Veientum Lucumon cum nonnullis agminibus Equitum, & peditum contra illos cucurrit. C

cIɔ Iɔcccʟxxxjv. Aulus Cecinna Vulterræ Lucumonis munus exercet. In Lalartum electione nouæ seditiones exortę, nam Tribuni, & Vristeres instabant, vt quatuor Lalartes è plebe crearentur. Sagi, vt inter Lalartes duo ex ipsis numerarentur, curabant. Patritij à Sagis, & à plebe dissentiebant: quapropter, nè tumultus excitaretur, Lucumon populum dimittit, & hoc anno Lalartes nō eliguntur. Vlcis à Tatio capta. Lucani victi. Thusci traiecére montes. Peligni, & socij in suis montibus castris positis occiosi. * * * *

A

Hæc repono nè Romanis.

P. F. A.

LXXI. *Scarith Die jv. Decembr.* MD CXXXV

illic persistunt. Tatius verò dum victor in Brutios peruolaret, eodem tempore ex tribus lateribus aggressus, à Mare à Siculis; ab Ætolis à monte; à flumine Laio à Brutijs, vincitur, & occiditur; vix quinta exercitus pars ad Veij Castra se recepit. Veius in Lucanos cum suis perrexit.

cIɔ Iɔcccʟxxxv. Tibure Cesio Lucumone, scribuntur noui milites. Concilium Cære habetur: Veius Tatio subrogatur. Omnium Coloniarum, & Ciuitatum milites vocantur. Thuscorum Naues è Tracia cum victoria reuersæ in Lucanos mittuntur. Peligni in Campaniam descendentes Phrægreis, alijsque Colonis damnum inferentes à Turno Volturreno Vulturni præfecto superantur: quapropter ad exercitum Ætolorum, aliorumque hostium confugiunt.

B

Ab inimicis Thusci ad montem accedere prohibentur. Siculorum naues cum nostris certamen iniuére: nostræ terga vertunt, & ad Cāpaniæ litora se recipiunt: quo cognito ab hostibus, Thuscorum Castra adoriuntur.

cIɔ Iɔcccʟxxxvj. Antes Moriconius Lucumon. Thusci in castris obsidentur, sed, cum hostes inter se dissentirent, & Ætoli à Brutijs, & alijs populis discederent, obsidione liberantur. Coloniæ interim nostris opem ferunt: prę-lium iterum commissum. Siculi in fines suos se recipiunt. Ætoli cum Thuscis iunguntur: Brutij superantur: Veius victor Corsensiam vsque, quò se Brutij receperant, excursionem fecit.

cIɔ Iɔcccʟxxxvij. Lucumone Arunte è Maurorum familia, Rethię populi à

C

Thuscis deficiunt. Patauini non solum ccccʟx. gorg, quæ Vulterranis, & alia multa, quæ alijs Thuscis debent, non soluunt; sed etiam cum Adriensibus deficere audent. Vulterrana plebes propter fœnora tumultum. Parma seditionibus plena; quarè exercitus reuocatur. Picentinis, & Lucanis ignoscitur; & quidquid nostri ceperant, eis restituitur: verum ab ipsis quotannis ccIɔɔ gorg soluere promissum.

cIɔ Iɔcccʟxxxviij. Tito Felsinio Lucumone Tribuni, & Vristeres quatuor tribuum Collegia in Agrum Martialem coegerunt; & Tribunus partis superioris creatur Princeps plebis; cui omnes obedire promiserunt: verum, cum

tribu-

Tribunus ſolemni pompa ad Templum Maximi Eſaris progreſſus eſſet, in ipſo Templo à lictoribus, & ab equitibus Lucumonis occiſus occubuit. Plebes irata ad Ædes Lucumonis præcucurrit: Vix à ſuis Titus à furore plebis liberatur: qui per Hortos in arcem ſe recepit. Ædes à plebe depopulantur. Horchiæ, Vultraij, Pomarancij, & Caſtri Salinarum Coloni ad Vrbem adueniunt: ciuile bellum incæptum: ad Cameſis angulum pugnatur; plebes ſuperior per viam Tharis ad angulum Pericum peruenit: à Cecinnis, & alijs nobilibus certamen committitur; patritij victi ſunt. Curia à plebeis occupata, à Colonis, & patritijs recuperatur: quarè ad Theatrum dimicatur. Dorchethes Augurum, & Sagi Pontifices per præcones edícunt, nè quis audeat in Theatro pugnare, quia ſacrum eſt; & Dij ius ſuum defendent. Dimittitur pugna. Littores propter Templum pollutum puniuntur. Barcholi factio è Parma eijcitur. Naues è Cuma diſcedentes ad Adriam recuperãdam progrediuntur; quò Alcus Dorius cum exercitus parte iter aggreditur. A

cIↃ IↃCCCLXXXJX. Alcus Fidentius Lucumon. Titus Felſinius damnatur. Templum Eſaris luſtratur. Cortonæ Concilium. Vulterrana plebes illúc legatos quatuor de nobilibus quęrentes miſére. A Parma exules reſtitui poſtulant: vtriſque Lucumon, & Vulterrani legati obſtabant. Concilij patres non cõueniunt. Maximus Pontifex iudex conſtituitur; qui Vulterranæ plebi tertiam partẽ fœnoris ademit, & Tribunos liberat à Lucumonis imperio; exules præterquã ſeditionis duces, reſtituuntur: ſeditioſi in Latium confugiunt. Adrienſes obſeſſi, poſtquam opem à Rethijs promiſſam diù fruſtrà expectaſſent legatos ad Vulterranum Senatum mittunt, orantes, vt ipſis Colonis ignoſceret; verum non ignoſcitur, donec Adrienſes Præfectum, & defectionis duces Alco tradidiſſent; qui damnati ſunt. B

cIↃ IↃCCCXC. Menippo Cecinna Lucumone, Thuſcorum exercitus cum Larienſibus, & Volturrenæ vallis Colonis Montem Adulacum in Rethios tranſiecit. Rethijs Vindelici, & Norici opem ferunt: Cranus Rechitus Piſenſis Thuſcorum dux apud Ebudos in coſpectu hoſtium conſedit; deinde prælium inijt; & victus, fugatuſq; fuit: hoſtes caſtris potiuntur: Thuſci in Montem Adulacum ſe recipiunt ſubſidium expectantes. C

cIↃIↃCCCXCJ. Mozzus Dandolius Lucumon. Fidentiæ habetur Concilium: patres Patauinis, qui pecuniam, quam debebant, ſoluerant, pepercère. In Campania ad cuſtodiã Coloniarũ plures arces ędificantur; illúc nõnulli milites miſſi. Cranus cũ alijs militibus denuò in Rethios deſcẽdit. Iterũ dimicatũ eſt: dextrum Thuſcorum cornu fugatur; verum, dum hoſtes fugientes Thuſcos perſecũtur, à noſtris circundati ſuperãtur, & pleriq; trucidantur; nõnulli flumen tranantes ab Azzo Moriconio Vulterrano Laci, & Vallis Lucumone, qui cum aliquibus agminibus adueniebat, vt Crano ſi opus fuiſſet, opẽ ferret, occiſi fuére.

ciɔ iɔcccxcij. Tibure Mursio Lucumone, in Rethijs à Thuscis Coloniæ deducuntur.

ciɔ iɔcccxciij. Esar Volturrenus Lucumon. Ob victorias Mercurio Templum ædificatur.

A ciɔ iɔcccxcjv. Lucumon est Morgetes Petronius. Cum essent eligendi Lalartes, tumultus (vt solet) excitatur: plebes, vt quatuor ex popularibus eligantur, postulat: obstant patritij: plebes tandem exauditur. Duodecim Lalartes creantur; hi potissima causa fuerunt dissensionum in Vulterranos, & Pisenses; nam, cum Pisensibus nouas leges iussissent, non modò ipsi non obtemperauére; verum etiam Gubernatorem Vulterranum eiecerunt. Vulterrani ad arma: exercitum in Pisenses mouent. Pisæ obsidentur.

ciɔ iɔcccxcv. Gomero Aulico Lucumone, Populoniæ Concilium. Pisenses, quod Gubernatorem eiecissent, damnantur; verum Lalartum edicto liberantur. Extra portam Dianæ, Dianæ fanum instauratur.

ciɔ iɔcccxcvj. Antes Dorius Lucumon. Colonis Castri Salinarum ob re-
B pertas iterum aquas, vt Templum Vandimoni ædificent, conceditur.

ciɔ iɔcccxcvij. Amuccio Atriario Lucumone, Pontifex Maximus moritur: cui Azzus Moriconius substituitur. Ad Siluam Nemorosam Mons Deæ Brodonæ Sacer muris circumdatur.

ciɔ iɔcccxcviij. Orno Pomario Lucumone, Perusij Concilium habetur. Aula Lucumonis restauratur, & augetur.

ciɔ iɔcccxcjx. Dum Cranus Salinicus Vulterranam Rempublicam gubernaret; quod multis mensibus non pluisset, fuit maxima annonæ caritas; quarè naues in Asiam ad frumentum emendum missę. In Monte, in quo noster Pater Vandimon olim ex Armenijs húc veniens constitit, solemniter à Maximo Pontifice ipsi Patri nostro immolatum est: inde Sagi, & Sacerdotes Vandimonis sacrum Lucum circumiére à via Ergia ad fontem Magnum Regis Vulturreni; & à Templo Neptuni vsq; ad Plateam Barcouicti.

C ciɔ iɔcccc. Lino Mauro Lucumone, Vulterranorum naues Siculorum duas ceperunt.

ciɔ iɔccccj. Lucumonis honorem Meuius Petronius consequitur. Thuscorum naues, postquam magnum damnum Cretensibus intulissent, præda onustæ, certamen cum Atheniensium nauibus iniuére. Quinque Atheniensium captæ; vna Thuscorum demersa; vna ex Russellis incensa: verum, cum redirent, tempestas victoriam obumbrauit.

ciɔ iɔccccij. Lucumone Iano Francasio propter frequentes, inundantesq; aquas penuria non solum frumenti; sed etiam salis Thuscos affligit; nam Salinarum meatus nimium augentur aquis pluuijs. Ignis forum Prætorium exarsit. Ciuitas lustratur.

cIↄ Iↄccccij. Arbus Felsinius Lucumon. Ab ingenti pestilentia Italia vexata: sed Vulterra intacta; quarè extra Portam Felicem Templum Æsculapio ædificatum est. Ob meatus Salinarum à superfluis aquis depurgatos, solemni Pompa extra Castrum Salinarum à Vulterranis Dianæ Fanum ædificari cæptum est.

Mecenas Cecinna hæc ex Annalibus, & Historijs collecta, sic breuiter Latinis litteris scripta reliquit.

Accipe, quæ tibi reponit tuus Prosperus Fesulanus obsessus. A

LXIX. *Scarith Die jv. Decembr.* MDCXXXV.

Ego Aulus Flaccus Vulterranus hæc scripsi gesta Lucumonum ab anno, vbi Mecenas Cecinna desit, incipiens

Anno cIↄ Iↄccccjv.

Titus Cecinna Lucumon. Lalartes eliguntur: statuunt contra luxum. Magistratus omnes quatuor annos durare volunt. Inter Senatores dissensiones in electione Lucumonis: alij Lalartum decretum; alij priorem vsum: omnia commota: plebis seditio non deficit. Concilium habitum Bolsenæ: Lalartum decretum approbat. Azzus Pontifex Maximus moritur; Luceus Minutius ex Ianiculo successit. B

Anno cIↄ Iↄccccviij.

Morgetes Francasius Lucumon. Cirnei inter se arma. Areusenici viribus & numero Sumbris inferiores, à Vulterranis, & Populoniensibus per legatos auxilium: ideò Bolsenæ Concilium. Missus ad eos Ennius Verus cum ingenti exercitu, eo Consilio, vt Insulam occuparet. Commissum prælium. Sumbri victi. Thusci Tola flumine traiecto Beniorum agrum depopulantur. Sardi Sumbris auxilium. Innouatum prælium ad flumen Aren. Sardi, & Sumbri fugati. Thusci cum Areusenicis totius Insulæ potiuntur. At Areusenici, quod soli in Insulam dominari vellent, à Thuscis seiuncti, à Siculis auxilium postulant. Quibus serò opem ferentes Siculi, nullam opem ferunt: nam Areusenici se Thuscis iniquissimis conditionibus dederant.

NVLLI VNQVAM PRODEST TARDVM AVXILIVM. C

Anno cIↄ Iↄccccxij.

Cronus Dorius Lucumon. Insula munitur. Siculi captam Thuscorum nauem reddunt, coacti. Lalartes post dissensiones electi; nam Sacerdotes, & Sagi inter Lalartes, Pontifices duos volebant: verum concessum, vt ex duobus Sacerdotibus, alter ex xij. Sagis esset. Id Sagis placuit. At inter ipsos Lalartes dissensiones. Alij Lucumonem annuum: alij ad quatuor annos; sed

in dis-

in dissensionibus consumptum tempus à lege statutum. Nihil effectum. Tum Aulus Cecinna, caput eorum, qui annuum Lucumonem volebant, cum parte infimæ plebis; quod Lalartes non fecit, fecit armatus. Cronum è Ciuitate expulit: se Lucumonem. Cronus Arretium.

Anno cIↃ IↃccccxv.

Aulus Cecinna Lucumon. Militum agmina in Cirnum, vt Cirneorum motus reprimerent. Ad finem anni, nè nouus Lucumon eligatur, obstat Aulus. Ipse in imperio perseuerat. Occus Burnianus ex plebe Lalartes popularium, nobiliumque maiori parte adiutus, cum tempus adfuisset, quo Aulus extra Ciuitatem ambularet; ipsi nec id opinanti portas clausit: se Lucumonem creat. Aulus ab amicis destitutus Fesulam se recepit.

A

Anno cIↃ IↃccccxvij.

Occus Burnianus Lucumon optimè administrat. Eum, quod ex plebe esset, Aruns Maurus oderat. Hic Pomarancij, & Castri Salinarum Colonis auxilia ferentibus, Occum expellere tentat. Plebes obstat. Occus damnauit Aruntem: alijs ignouit. Ad finem anni instat Occus, vt nouus Lucumon eligatur.

Anno cIↃ IↃccccxviij.

Mozzus Dándolius Lucumon. Siculi, & Sardi magnum delectum habent. Timent Thusci, nè imparati aggrediantur à Siculis. Populoniæ Concilium. Milites scribunt. Burniani, Occi gratia inter nobiles adscripti.

B

Anno cIↃ IↃccccxjx.

Occus Burnianus secundo Lucumon. Cum Siculis, & Sardis prælium. Thusci inferiores. Nouus miles in Cirnum; quò hostes se contulerant, & plagam Occidentalem occupauerant vsque Aliscam. Illic à Thuscis superantur, & magnis cladibus affecti ex Insula eijciuntur. Ob hanc Victoriam Vulterræ extra portam Mercurij, Victoriæ Templum ædificatum.

Anno cIↃ IↃccccxx.

Occus confirmatus Lucumon IↃccc. homines missi, qui Burnianum Castrum ædificarent. Algera Felsinia, impudica Vestalis viua sepulta. Cecinnæ. & Veri ad arma. Ciuitas in partes diuisa. Occus cIↃ ccl. militibus tumultum comprimit. Partium capita exulant. Senatores in eligendo Lucumone discordes. Occus sex ali. * * * *

C

Quæ


LXXIX
Scarith
Die xj.
Decemb.
MDCXXXV

Quæ Titus Aulicus Aulo substitutus adimpleuit gesta Lucumonum repono ego Prosperus.

A

os menses imperat, né imperiũ sine successore. Tandem Titus Andronicus homo nouus electus.

Anno cIↄ Iↄccccxxj.


os menses impetat ne impetium
sine successore · tandem titus an
dronicus homo nouus electus
anno cIↄIↄccccXXI
desuncto auloflacco ego titus au
licus lucumonum gesta sctiben
di gratia in eius locum subro
gatus ibi a me caeptum· ubi
ab ipso aulo omissum
anno igitur cIↄIↄccccXXI
tito androniico lucumone in
agro suo occus burnianus oc
cisus· multi delati· cronus do
rius a seruis detectus· eius bo
na publicata· domus desolata·
occo solemnes exequiae · inter
gratiarum aediculam et tem
plum ueneris publicis sumpribus
ei sepulcrum· in uia ocagia

DEfunćto Aulo Flacco, ego Titus Aulicus Lucumonum gesta scribendi gratia in eius locum subrogatus. Ibi à me cæptum, vbi ab ipso Aulo omissum.

B

Anno igitur cIↄ Iↄccccxxj Tito Andronico Lucumone, in agro suo. Occus Burnianus occisus. Multi delati. Cronus Dorius à seruis detectus; eius bona publicata: domus desolata. Occo solemnes exequię. Inter Gratiarum ædiculam, & Templum Veneris publicis sumptibus ei sepulcrũ. In Via Ocagia ad domum Burnianorum contra vicũ, & Templum Crani columna cum Occi statua à popularibus erecta. Mortuo summo Pontifici, Tagot Petronius subrogatus. Extra Portam Herculis Via Bacchi à fonte Liberi vsq; ad Ædiculam Sabatij restituta.

C

Anno cIↄ Iↄccccxxij.

Anco Atriario Lucumone, Thuscinati Concilium. Larienses, & Volturrenę Vallis Coloni inter se ad arma. Pomponæus salinicus, Esar Volturrenus, & cIↄ Iↄccc. Equites à Lucumone, & Vulterrano senatu illúc missi. Larienses Vulterrano imperio non obtemperantes castigati. Ex eis cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ. occisi.

Ignotum. Ad angulum Talli propè plateam Ædes Olaniæ incensæ: Petroniæ in Via Tharis igne consumptæ. Maximum Tirreni sepulcrum, olim à Rege Tarconte extra Portam Felicem in agro Iunoni sacrum, ædificatum (quod, quia simillimum illius à Cariæ Regina Viro Mausolo constructi, Mausoleum à plebeis vocatum) à fulmiue tactum. Quod Augures infaustum. Omnis populus lustratus. In Monte Vandimonis immolatum.

Anno CIↃ IↃCCCCXXIIJ.

A Lucæo Cesio Lucumone, Sagi discordes inter se: ex his tres Perusium, vbi nouas leges, & religionem nouam. Mantuani à discordibus præfectis ad dissensiones prouocati. Vulterræ à Porta Mercurij ad Templum Victoriæ via instaurata. Obelisci sex vetustate consumpti restaurati. A Langijs à fonte Solis iuxta Templum Apollinis vsq; ad villas Hesperias LII. columnæ cum monumentis coloniarum Vulterranorum positæ.

Anno CIↃ IↃCCCCXXJV.

Marancio Pomario Lucumone, Lalartes creati. Contra luxum nouę leges.
B Sepulcrum sapientissimo Lino Mauro, Augurum Magistro in xviij. annos, extra Herculis portam iuxta fontem Ciprię Calenæ sacrum, à Mauris maximis sumptibus ædificatum, ob nimium luxum, Lalartum decreto dirutum. Histrionibus vitia reprehendere in Comedijs concessum. Tres Sagi damnati. Ab ipsis Perusij alij nouem Sagi electi. A singulis singulis tribus mensibus Maximi Pontificis munus administratum. Vandimoni Templum Perusij ædificatum: in quo simulacrum cum duodecim manibus, ac pedibus duodecim positum. Id ab eis Maximi Esaris appellatum. Aliud Collegium Augurum Perusij institutum. Nouæ leges, Religio noua contra communem Thuscorum cæpta. Vulterrani vehementer in Perusinos irati, Perusium Legatos, de his quærentes. Mantuani quotidie ad arma. Vulterrani coloni inferiores eiecti. E Parma, Comone, & Valle Volturrena milites Felsinam ad opem ferendam Tribuno. Extra Iani Portam vsque ad Regis Iani sepulcrum via constituta. Domus extra
C portam Brodonæ, ab Area Razenuæ vsq; ad Templum Esculapij, à seruis quibusdam incensæ. Capti igne consumpti.

Anno CIↃ IↃCCCCXXV.

Menodoro Salinico Lucumone, è Perusio Legati absque responsu. Apud Fesulenses Concilium, quò nec Perusini, nec Arretini, nec Clusini, nec Sutrini, nec Nepesini, nec ipsorum Coloni conuenientes, immò Sagorum leges, & falsam Religionem sequentes, & approbantes in cc. Gorg damnati. Ipsorum Lucumonum, & trium Sagorum capitalis sententia publicata: item trium Prefectorum Mantuæ ob ipsorum dissensiones. A Perusinis milites Felsinam contra Vulterranos. Vulterrani se in Castra recipere coacti.

Anno cIↃ IↃCCCCXXVJ.

Meſſio Pomario Lucumone, in Magna Platea Ædes duodecim Gubernatorum, temporis antiquitate dirutæ, iterum maiori ſumptu reædificatę. Mantuæ à Colonis Vulterranis,& Feſulenſibus cum Arretinis dimicatum. Hi è Ciuitate expulſi. Etiam Senæ exortæ ſeditiones: Tribunus Arretinus eiectus; iterum reſtitutus; Vulterrani inferiores. Ædes inter Langios, & Gargites igne penè conſumptæ. Felſinæ peſtilentia milites affecti.

Anno cIↃ IↃCCCCXXVIJ. A

Alco Dorio Lucumone, Thuſci peſtilentia vexati. Vulterrani nihilominus ad Senam oppugnandam. Fracti, fugatiq; Arretini. Vulterrani victores ab Arretinis, & Cluſinis è Sena iterum expulſi. Mantuæ Arretini magnis cladibus affecti. Feſulani, & Vulterrani tantum tota Ciuitate potiti.

Anno cIↃ IↃCCCCXXVIIJ.

Anſure Petronio Lucumone, Ruſſellani, Vetulonienſes, & Populonienſes Senam in auxilium Vulterranorum. Inimici trucidati. Cluſium obſeſſum. A Felſinenſibus inter ſe non conuenientibus dimicatum. Ab inferiori parte Tribunus Vulterranenſis in Prætorem reuocatus. Prætor occiſus. Vulterræ Brodonæ Mons militibus, muris, & turribus munitus.

Anno cIↃ IↃCCCCXXJX. B

Ante Moriconio Lucumone, Cluſium captum. In Campania bellum contra Colonias exortum. Peruſinæ Coloniæ, & ſociorum victæ: quibus Parthenopenſes, Lucani, & Picentini auxiliati. A Vulterranis, & ſocijs pars exercitus in Campaniam. E Felſina Prætoriani eiecti. Tribunicij reſtituti.

Anno cIↃ IↃCCCCXXX.

Menippo Vero Lucumone, Vulterrani, & ſocij apud Ruſſellas Concilium. Vetulonia, Saturnia, & Veia pro Peruſio, Arretio, & Cortona. Cluſium à Vulterranis præſidium. In Campania à Peruſinis, & ſocijs, Lucanis, & Picentinis omnes Coloniæ occupatæ, præter Vulturnum. Capetus Latinorum Rex à Peruſinis contra alios Thuſcos vocatus. Ianiculum à Latinis captum.

Anno cIↃ IↃCCCCXXXJ. C

Proſpero Francaſio Lucumone, Vulturnum obſeſſum. Cærites, & Veientes à Latinis victi, & fugati. Peruſinorum Tranſapenninæ Coloniæ à Colonis Vulterranis ſuperatæ. Vulterranorum Naues Vulturnum ad opem ferendam Colonis. Apud Cumam cum Lucanis, & Picentinis in litore certamen commiſſum. Fullus Dándolius Vulterranenſium, & ſociorum. * * * *

LXXX.
Scarith
Die xiij.
Decembr.
MDCXXXV

Hæc ego repono obſeſſus ab iniquiſſimis Romanis.
Proſperus Feſulanus.

dux cum ccıↄↄ ccıↄↄ ıↄↄ. militibus in Arretinos progreſſus.

Anno cıↄ ıↄccccxxxij.

A Morgete Ceſio Lucumone Vulturnum obſidione liberatum; verum paulo poſt oppugnatum, & captum. Interni dimicatum. Vulterrani ob inimicorum diſcordias ſuperiores. Internum receptum. A Rege Capeto Cęre obſeſſa. Cirnei ad defectionem; Thuſci ab inſula inhoneſtè expulſi. Cum Arretinis pugnatum. Fracti. Arretium obſeſſum.

Anno cıↄ ıↄccccxxxiij.

Benno Atriario Lucumone, Vulterranenſes è Campania magnis cladibus eiecti. Latinis omnis ora trans fluuium Vulturnum conceſſa. Vulturnum, internum, & Cuma à Peruſinis, & ſocijs occupata. Aliæ Coloniæ in Parthenopenſes, Picentinos, & Lucanos diuiſæ. Vulterrani ab Arretinis reiecti. A Latinis Cære capta. A Veientibus Veie defenſa. Arretium iterum obſeſſum. Inter Feſulenſes diſſenſiones. Latini Arretinis auxiliati.

B

Anno cıↄ ıↄccccxxxjv.

Pailo Burniano Lucumone, Ancironæ à Lalartibus à Silua Nemoroſa, & à Monte Brodonæ remotæ; in tres partes diuiſæ, & in Vrbe in Templo Aretiæ, in Templo Iunonis, & in Templo Rethiæ Voltumenæ collocatæ. Ad montem in earum locum Equites miſſi. Extra Portam Solis in Monte Itali apud Templum Heſperi Vallum ædificatum. Thuſcia etiam ab annonæ caritate vexata. Rethij, & Mediolanenſes Vulterranis; Rauennates, & Eridanenſes Peruſinis opem. Exercitu ex vtraque parte aucto, prælium initum; quod omnibus infelix. Vulterrani Cluſium; Peruſini Cortonam. Pailus ipſe, Vulterranus Lucumon, Feſulam ad diſſenſiones ſedandas.

C

Anno cıↄ ıↄccccxxxv.

Hercule Mauro Lucumone, Veientes diſcordes ſuperati à Latinis. Apud Cluſium pugnatum. A Vulterranis victoribus Cortona obſeſſa. E Latio nouus miles. Cortona obſidione liberata. Vulterræ inter Petronios, & Volturrenos ad fontem Montis Itali extra Portam Solis dimicatum. Quinque ex Petronijs occiſi. Duces ſeditionis damnati; alij relegati.

Anno cıↄ ıↄcccc xxxvj.

Amuccio Fidentio Lucumone, Cortona, licet magna Vulterranenſium clade, capta. Duci Fullo mortuo Bennus Atriarius ſubrogatus. Illicò in Arretinos exercitum. Verum à Peruſinis aggreſſus; & Cortonam reuerſus.

Anno cIↃ IↃcccccxxxvij.

Lucæo Crosmirio Lucumone, Cortonæ pugnatum. Vulterrani Perusinos vsque Arretium secuti. Ipse Rex Capetus illúc cum exercitu progressus. Vulterranenses in Castris adorti. Perusini Castris potiti: attamen nostri, superiores; plures enim ex Perusinis desiderati. Ipsorum dux, & Latinorum Rex occisi.

Anno cIↃ IↃcccccxxxviij.

Amuccio Fidentio secundo Lucumone, à Capeti filio Tiberino Latinorum Rege Perusinis auxilium negatum: immò Latinis ex Thuscia reuocatis, Cærę, Veiæ, & in Ianiculo præsidio relicto, exercitus in Campaniam contra Perusinos omnium Coloniarum potiundi gratia missus: quarè Perusini, & socij ad Vulterranos legatos veniam, & pacem postulantes: qui non modo non exauditi, sed nec auditi. Arretium adortnm: verum Vulterrani reiecti. Perusini iterum pacem. Vulterræ Concilium. Perusinis, & socijs ignotum. Generale Concilium Vulsinij indictum. In superiori parte Vrbis in via Armenia, inter Ædes Venesas, & Angulum Spugiorum Mineruæ, Cereri, & Ogigi Templum ædificatum. A

Anno cIↃ IↃcccccxxxjx.

Occo Pomario Lucumone, ad Concilium Thusci omnes: pax firmata: ritus, & sacræ leges, atq; antiqua Religio ab omnibus restituta: nouæ leges, & constitutiones ad concordiam spectantes latæ. Lucumonis munus ad sex annos. Omnes Lucumones, & à Concilio eligendi, & Larth subijciendi. Larth post Concilium summa potestas, & auctoritas data. Larth honor singulis sex annis vni ex duodecim Ciuitatibus concessus. Vulterra prima, deinde aliæ. Veiæ, Saturniæ, & Vetuloniæ multa concessa, ac permissa. Ex vtraque parte Coloniæ redditæ. Vnus, ex tribus Perusinis Sagis superstes, Vulterram ductus erutis oculis, præcisa lingua, & manibus, combustus. Alij falsi Sagi in Insula Herculis relegati. Maximi Esaris (vt ipsi aiebant) simulacrum minutatim confractum. Turrenus Maurus à Concilio electus Vulterranus Lucumon; & primus Larth omnium Thuscorum constitutus. Campania à Tiberino occupata. Ad eam recuperandam Occus Pomarius Senator Vulterranus à Larrh dux electus. A Larth ad fontem Cipriæ Calenæ Lini Mauri Patris sepulcrum magno sumptu, & ingenti magnitudine reædificatum. Apud Felicium fontem Naumachia instaurata. Extra Portam Mercurij in Monte Morgetis Templum Cranæ, olim dirutum reædificatum. Fortunæ statua in Angulo Tombleio erecta. Ad Ædiculam Gratiarum extra Portam Brodonæ solemni pompa à tribus primis Sagis immolatum. Extra Portam Dianæ in via Cambisis à Templo Dianę vsque ad Agrum Nigrum, vsque ad fontem vigintiquatuor obelisci constructi, & Publicis duodecim Ciuitatum Penatibus dicati. Pro Veia, Saturnia,

B


C

Iani-

Ianiculo, & vetulonia octo columnæ erectæ. Supra fontem Menippi propè Campum Nigrum arx parua constructa, quæ Turreni postea dicta.

LXXIV. *Scarith Die v. Decembris.* MDCXXXV

In hoc Scarith clauſa ſcripſit Azzus Moriconius, & ea Proſperus repoſuit.



A Poſt diſſenſiones, poſt prælia Thuſci tandem conciliantur; & nouæ leges feruntur: Lucumones, ad ſex annos redacti, Larth ſubiciuntur.

Anno à Cethim, hoc eſt Vulterræ ædificatione CIƆ IƆCCCCXL.

Turrenus. Maurus Vulterranus Lucumon primus Larth creatur: Cęre, & Veie recuperatæ. Defuncto Pontifici Maximo Turnus Canifacius Lunenſis ſubrogatur, qui à Larth confirmatur. Apud Tiberim cum Latinis dimicatum: Thuſci victores Ianiculo potiti. Rauennatum tumultus ab B Arunte Moriconio Volturrenæ Vallis, & Larienſium Lucumone ſedatur. Occus Pomarius Thuſcorum in Latinos dux exercitum in duas partes diuiſit, altera ad oppugnandam Ardeam relicta, ipſe cum altera in Campaniam. Cum Parthenopenſibus, Picentinis, & Lucanis certamen initum. Thuſci fugati. Iterum dimicatum: Thuſci ſuperiores, omnes Parthenopenſium Ciuitates occupant. Vulturnum, quò ſe hoſtes receperant, adortum. Hoſtes victoribus ſe dedunt. Ardea capta. Ipſe Tiberinus contra Thuſcos in Lauinij agrum progreditur, prelium commiſſum. Rex ſe Lauinium recepit: Latinorum exercitus è Campania reuocatus. Occus vſque ad Seſiam occupat. Tiberinus pacem. Vulterræ Concilium. Pax negatur. Noſtri ad Lauinium fracti. Occus in Latium C reuertitur. Iterum apud Vulterranos Concilium. Tiberino in decem annos induciæ conceſſæ.

CIƆ IƆCCCCXLVJ.

Alco Dorio Vulterrano Lucumone, Oldus Folicus Lucumon Peruſinus Thuſcorum Larth. Peruſij Concilium. Corſicam recuperandam decretum. Oldus Aruntem Croſium Peruſinum ducem eligit: cui cum Magiſter Equitum milites, & Naues negaſſet, à Larth Peruſium in ius vocatus, exulatum mittitur. Thuſci octo menſes dimicantes Iuſulæ potiuntur. Aulus Cecinna, Tur-

renus.

renus MARCICUS, & MUTIUS Francasius, alijq; multi Vulterrani patritij, Sagorum falsam religionem secuti, damnantur. A Siculis, & Sardis Corsicæ recuperandæ gratia cum Thuscis certamen commissum; à Thuscis reiecti. Perusij Concilium. In Sardiniam exercitus transmeare iubetur. Delectus militum habetur. Sardi Tiganorum. Ziliorum, Zuchabatorum, Numidiorum, MIDENORUM opem implorant: interim apud Phiutonem ab Arunte superantur. Thusci in Sardos Tibulatios excursionem. Agrippa Siluius, cum in Latinorum Regnum Tiberino successisset, inducias non seruat. Phregreium vsque depopulatur. Cohortes nonnullæ è Sardinia reuocatæ, in Campaniam missæ. Apud Perusinos Concilium. Per Sacerdotes MARTIS Agrippæ bellum indictum. A

CIↃ IↃCCCCLIJ.

Vulterrę LUCUMON Aruns Verus: Iasius autē NICOROSIUS Arretinus Lucumon, & Larth Thuscorum. A Latinorum Rege in Campania Thusci superantur. Novi milites scribuntur. Magister Equitum cum parte exercitus illuc properat. Sardis finitimi populi ferunt opem. Aruns apud Curcium fugatur, Nimphæ se recepit: deinde in Corsicam. Vulterræ Lalartes creati Vectigalia colonis imposita: in luxum pœnæ constitutæ: in magna Platea ludi Martiales incæpti: Marti solemniter sacrificatum. Sardi in Corsicam: Biatores depopulati. Alisca obsessa. Tusci in Corsicam noua præsidia. In Campania apud fluuium Vulturnum Thusci, & Latini dimicant: pugna vtriq; infausta. Rauennates, Eridanenses, Felsinij, Parmenses, & Vmbri sub Ducatu Cæritis Lucumonis Tiberim transgressi, vsque Ariciam hostiliter excursionem fecére: vbi cum ipsius Latini Regis exercitu dimicatum: Latini victi: Rex fugam. Aricia obsidetur. E Campania Latini reuocantur. Aricia obsidione liberata. Magister Equitum, & Cæritum Lucumon Latinos superant. Sesia, & Ornum capta: Lauinium obsessum: Latini pacem petunt. Arretij Concilium. Pax firmatur. Vulterrę Volturreni, & Petronij discordes ad arma; certamen ineunt; ex vtraque parte multi cadunt. Seditionis duces à Lucumone ab vrbe expulsi. Apud Arretinos Concilium. B

CIↃ IↃCCCCLVIIJ.

Gomero Tombleio Vulterrano Lucumone, & Messio Rolleio Fesulæ Lucumone, & totius Thusciæ Larth, in Corsica Thusci à Sardis superati in Montes Areusenios se recipiunt: Verum, cum è Campania Magister Equitum aduenisset, post multas clades Sardi è Corsica eiecti. Mortuo Pontifici Saturnus Volturrenus Senator Vulterranus successit, qui à Larth confirmatur. Thuscus victor Sardiniam vsq; ad Montes MENOMENOS occupat. Siculi inter se dissentiunt; quarè ARUNS Larth permissu relicto Lucęo Cecinna Magistro Equitum in MENOMENIS, cum exercitus parte è Sardinia subito in Siculos: ALONTIUM dirutum: Siculi coniuncti arma in hostes: Brutiorum, & Ætolorum ope TUSCOS C

ab In-

ab Insula arcent. Fesulæ Concilium: ARUNS ob turpem à Siculis discessum damnatus.

CIↃ IↃCCCCLXJV.

Kitim Ciuitatis Lucumon TATIUS Fidentius; THUSCORUM Larth TARCON TIGONIGRUS Cęritis Lucumon. Creantur Lalartes: inter Cecinnas, & Veros dimicatum: Veri à Petronijs adiuti superiores. THUSCI ingenti pestilentia afflicti; LUCUMON desideratur; à Senatu LARTH consensu ALCUS Francasius primus ARUNENSIS in eius locum subrogatur. Sardi ab APHRICÆ populis adiuti expellere THUSCOS curant; TIBULA à Sardis recuperata; illúc MUTIUS TICISTIUS PATRITIUS Cæritis
A cum nouo exercitu: Sardi se recipiunt ad Montes: THUSCI vsque ad fluuios Ceorum, & THEMUM occupant. Siculorum classis THUSCINATUM, & POPULONIAM magnis incommodis afficit; Insulam PLANASIAM, Æthalam, Gorgonam, & Cornam occupat. E Sardis exercitus THUSCORUM reuersus in Siculos mittitur; certamen committitur: Siculi fugam. APUD Cærites concilium: in Siculos bellum decretum: Thusci maximis cladibus eos affligunt: vsque Capuntium excursionem: Capuntium captum. AB ALCO LUCUMONE Vulterrano in via secunda PELASGORUM propè LANGIORUM Forum THERMÆ ædificatæ, & LUCUMONUM appellatæ, ad differentiam THERMARUM TIRRENI: quæ Regis appellantur. Decem ex PETRONIA Familia damnantur; ipsi namque duos fratres ex Volturrenis occiderant. CÆRE iterum concilium.
B

CIↃ IↃCCCCLXX.

Morgete Moriconio Ethursiæ Ciuitatis Lucumone, Cronus Crosmarius Lunensis Lucumon, omnium Thuscorum Larth constitutus. Thusci è Capuntio eiecti: iterum Capuntium occupant, Siculos fugant; ipsi à pestilentia, & frumenti inopia ab Insula fugati. Mediolanenses ob nimia onera, & vectigalia à Thuscis imposita seditionem excitant: à Larth Mutius cum exercitu missus. Thusci Sardos Corensios, & Corbitensios superant; tandem Sardi omnes se dedunt; vt quot annis IↃↃ CIↃ CIↃ. Gorg soluant, fœdus initum; arces in Insula ædificantur; pręsidium relictum. Prospero Tursiano Fesulensi, &
C Lucæo Cecinnę Magistro Equitum à Larth Triumphus conceditur: propè Templum Herculis extra portam Lucęo triumphalis arcus erigitur. Lalartes creantur. Cecinnæ, & Veri (vt solent) discordes: ciuile bellum commissum; Cecinnæ à patritijs, Veri à popularibus adiuti: seditionis duces Larth decreto exulant. Sacri Brodonæ Montis arx augetur. In Via Ergia Ædes Moriconiæ exarserunt. Turreno Cecinna duce Vulturnum deficit: Lucius Petronius illuc cum exercitu. Mediolanum obsidetur. Lunæ Concilium.

CIↃ IↃCCCCLXXVJ.

Occus Pomarius Vrbis Ethruriæ Lucumon eligitur; Accus Pagasimeus Clu * * *

Com-

Desiderātur adhuc in hac Histor. xx anni, quod eos nō reperimus


A

XXCIX.

Scarith Die viij. Iunij.

M DC XXX VI.

Commendat tibi Prosperus Fesulans anulum suum:
& reponit hic, quæ scripsit Antius Gredonius



FActa Lucumonum à me Antio Gredonio Vulterrano breuissimè conscripta ab anno, vbi AZ zus Moriconius desijt vsque quò mihi permissum fuerit.

Qui hæc lecturi estis videbitis Fortunæ, humanæq; vitę volubilitatem: Imperia non semper manere: at, sicuti DIJS placet, crescere, decrescere, & mutari. Post eiectos Reges Thuscum imperium nuquam maius, nunquam potentius, aut gloriosius fuit, quam his temporibus: sed heù citò decrescet.

B

C

Anno igitur cIↄ iↄccccxcvj. à quo Ethrusci principium haberent, Vulterranorum Lucumon, & Thuscorum omnium Larth erat Vulturnus Cecinna: hic superatis Ianiculensibus (qui suum ipsorum Lucumonem Larth volebant) Veientibus, Vetulonienſibus, & Saturnienſibus; Vulterranas seditiones sedauit: alios seditionis duces damnauit, alios ab Vrbe discedere coegit: duos Senatores Parmam misit ad eam Coloniam regendam; quò eos ccc. equites, & iↄccc pedites secuti sunt præsidij gratia. Cū Sardi Transmeomenij defecissent, Vulterræ Concilium indixit. Accer Verus dux belli creatur, qui cum exercitu mon-

tes

tes transgressus trans Meomenios fudit: Esaronesios, deinde Saltintanos castigauit. Siculi Sardos adiuuant: æquo Marte apud Thirsum pugnatum est: deinde apud Ceorum flumen; vbi Thusci superiores fuère; qui, eiectis Siculis, Sardiniam omnem recuperauère. Illùc arcibus constructis, & præsidio in Ciuitatibus omnibus relicto, Accer aduersus Siculos classem. Siculi apud Insulam Phorbantiam victi: Ciuitates Segestanum, Drepanum, & Senesta capiuntur. Sed Accer moritur. Noui milites cum Tibure Dorio duce à Larth missi, in
A Siciliam applicuère. Ad fluuium Bathim iterum Siculi fugantur. Panormo Thusci potiuntur. Brutij, Lucani, & Ætoli Siculis opem ferunt. Alontium, Capuntium captũ. Messeni, Misselli, & Argenij se Thuscis dedunt. Catana obsidetur. Brutij, Lucani, & Ætoli fracti, pauci ad suos redeunt. Siracusij opem à Mathionibus, Cartagonijs, & Libijs implorant. Catana liberatur. Transapenninæ Coloniæ iubentur milites in Siculos mittere. Sequenti anno renouatur prælium. Catana capta est: Siracusij deditionem faciunt: Classis Aphricana à Thuscis fugata. Vulterræ iterum Concilium. Interim Thusci, paruis Insulis Aphrici
B maris potiti, Brahodiam in Mathionibus applicuère: sed exercitus à Concilio reuocatus in Brutios, & Ætolos mittitur. Insulæ in mari Aphrico munitę. Capuntinis, Panormensibus, Messenis, Siracusijs, & Catanis, vt Lucumonem eligant, conceditur, à Larth confirmandum: alijs Ciuitatibus à Larth Prætor, vel Præfectus eligendus. Vulterrani in Siciliam tres Colonias; duas Perusini; vnam Arretini; vnam Fesulenses; vnam Lunenses misère: in Sardos verò Vulterrani vnam Coloniam; vnam Arretini; vnam Populonienses; duas Veientes. Interea in Brutijs Rhegium obsessum, capitur: deinde Locrum, Sicianum, & Scopum. Lucani, Ætoli ad opem ferendam Brutijs accurrunt: verum à Thuscis victoribus superantur. Corsentia post obsidionem capta est. Brutij legatos ad Aremulium Latinorum Regem eligunt, qui in Campaniam exercitum subitò contra Colonias misit. Brutij iterum superati victori cedunt; quarè Tibur ad expugnandos Lucanos properat. Lucani, Ætoli, Frentani, Caraceni, Pe-
C ligni, Nestini, & Latini aduersus Thuscos fœdus ineunt. Vmbri, Picentini, Samnites, Sabini, & Parthenopenses Thuscos adiuuant. Cirneis Sardis, & Siculis à Larth imperatum est, vt milites ad Tiburem mittant. Vlcis capta est: à Lucanis, & socijs recuperatur. Alius exercitus ex Rhetijs, Mediolanensibus, Rauennatibus, & Transapẽninis Colonijs cogitur aduersus Latinos: eum Tantius Marcicus Magister Equitum duxit. Ardea, Clostra, Aricia primo impetu captæ; Lauinium obsessum. Latini, qui Vulturnum obsidebant, ad res suas tuendas reuocantur. Lucani, & socij fugantur in montes. Vlci, & Blanda Thusci potiuntur. Lauinio, Sessa, Sesiano à Marcico occupato, Alba obsidetur. Vmbri, & Coloniæ superiores Thuscorum Pelignos superant: Caraceni spontè se dedunt: Tibur Ætolos penitus vincit: Frentani, Lucani, & Ætoli fugati, in

mon-

montibus obſeſſi ſunt. Aceſte, & Alginum oppida, quæ ſuperioribus annis Thuſci occupauerant, Hiſtri, & Heneti adoriuntur; & depopulantur. Aremulius Thuſcis ſe dedit, & Larth ſe ſubiecit: Albæ magnum præſidium. Frentani, & ſocij omnes Thuſcis ſe dedunt. Vulterræ habetur Concilium. Tiburi, & Tantio decernitur triumphus. Elbius Dándolius cum parte exercitus aduerſus Henetos, & Hiſtros mittitur. Aremulius coram patribus Larth obedientiam iurat, & cIↃ.Gorg quot annis Thuſcis ſoluere promittit. Nouę colonię, & præſidia in populos ſubiectos miſſa fuère; itaque Italia omnis, præter Ligures, Ethruſco ceſſit imperio. Vulterræ extra Portam Solis Templum Fortunę ædificatur: in via Rauzeth ludus Maximus fabricatur: Ludi Superni inſtituuntur: à Pontifice Maximo in Templo Victoriæ ſacrificatum eſt: crateres xvj. aurei Victoriæ donati. Statuæ Lucumonis, Tâtij, & Tiburis in magna platea poſitæ ſunt. A

cIↃ cIↃij. Vulturno Cecinna confirmato Lucumone, & Anco Meſſio Peruſino Lucumone, Thuſciæ, immò Italiæ Larth, ab Elbio Dándolio Aceſte, & Alginum recuperantur: obſidetur Patauium. Hiſtri ab Illiricis, Liburnis, & Dalmatis opem petunt. Interim Patauium depopulantur Thuſci; & Henetos fugant. Peruſij cogitur Concilium: noui milites ſcribuntur contra Hiſtros. Galli in Thuſcos à Liguribus irritantur. Pontifex Maximus moritur: Aulus Cecinna, patrui Lucumonis filius, Pontifex eligitur. Heneti, iterum ſuperati, Thuſcis ſe committunt. Ad Tilaneptum fluuium cum Hiſtris, & ſocijs pugnatur: Hiſtri fracti. Peruſij Concilium. Bellum Liguribus indicitur; qui timentes veniam petunt, & ſponte iↃc. Gorg quot annis ſoluere promittunt. Thuſci, & ſubditi populi nume- * * * B

Secundam Gredonij partem hic repono ego Proſperus.

rantur. Peruſini, qui Peruſium habitant abſq; infantibus, & ſeruis centum octuaginta duo millia, & ſexaginta: Peruſini Coloni bis ſexcenta millia, & ſexcenti viginti tres. Vulterrani tám Vrbem, quám ſuburbia incolentes abſq; libertis, infantibus, & ſeruis quadringenta millia quinquaginta duo; municipia, Coloni, & alij Vulterranis ſubiecti quadragies centena millia, & ccclxjx. reliqui Thuſci omnes, & ipſorum Coloni ter quinquagies centena millia triginta. Ij verò, qui Thuſcis obediunt, tàm Siculi, Cirnei, & Sardi, quàm Hiſtri, & Lucani, alijque omnes bis nonagies centena millia; Latini ter decies, & nongenta millia. Vulterræ eliguntur Lalartes. Hi populum in quatuor tribus diuiſum in viginti Præfecturas ſubdiuidunt; duos alios Tribunos creant, & ſuburbia à Porta Herculis vſque ad Fontem Liberi, & ad Templum Pacis, ad Fontem Horchiæ, quæ cIↃ cIↃ. paſſuum ab vrbe diſtabat; C XCI. *Scarith Die xvj. Iunij.* MDCIVXL

& ab Arcu Rhehæ ad Templum Fortunæ extra Portam Solis,& ad Villas Hesperias ad Templum Cranæ, ad Amphiteatrum Iani, vſque ad Portam Iani; & à Templo Dianæ vſque ad flumen Æxarem quinta tribus vocata. Sexta verò tribus à Piſcina ad Aquas Oſcas,& à Circo Acceris vſque ad Siluam Nemoroſam,& ad Portam(Mons namq; Brodonæ ſemper Cuſtodi eiuſdem arcis obediuit, & numquã in tribubus eſt numeratus) ab Ædicula Concordiæ ad
A Vicum Rudem; ad Ædes Marcicorum vſque ad Templum Tirreni. Hæc breuiter adnotaui, nè ignoretur magnitudo noſtræ Vrbis; & damna, quæ nobis Romani intulerunt: qui, ſi non Vrbem diruére,Suburbia,quæ Vrbem certè æquabant,deſtruxerunt. Item Lalartũ edicto nouę naues,& biremes fabricantur. Frumentum plebi auxerunt: ſed Lucumonem damnarunt in c. Gorg,eò quod ſuis ſumptibus eamdem familiam, milites, & equites retineret, ſicuti cum eſſet Larth retinebat. De hoc Vulturnus etiam à Larth reprehenditur, cui indecenter reſpondit; immò à Larth Peruſium accítus ire recuſauit: quapropter in cıɔ ıɔ. Gorg damnatur. Vulterranus Lucumon, & Gubernatores
B numerum Vigilum in Vrbe, & ſuburbijs augent. Plerique Lalartum clam occiſi. Legati omnium Ciuitatum, & Coloniarum Thuſcorum coronas aureas, vel argenteas, aut æneas Lucumoni Vulterrano ob victorias obtulére; quas Lucumon Tatio,& Tiburi impartiuit. Inde in magna platea maximis ſuis ſumptibus Ludos Ianogiles celebrat; vbi ab vniuerſo popolo viua voce à Lalartũ decreto liberatur, qui non ſolum c. verum etiam cıɔ ıɔ. Gorg populo diſtribuit, Coloniam ad Orientem propè Farnetam tranſduxit, ad Carſolum ædificandum. Vultraium auxit. Apud Sethac turrim conſtruxit; Collegium Augurum purpureis, & aureis ornamentis ornauit; in Via Rauzeth propè arcem ærarium duplicibus muris muniuit; ad Angulum Pericum columnam ingentis magnitudinis erexit; quam Victoriæ dicauit: ſeruos publicos, & ıɔɔ. Gorg inter Senatores diuiſit; ingentibus donis Lucumones donauit; Colonis tributa minuit; militibus ſtipendium auxit; in via ſecunda Pelaſgorum Baſilicam conſtruere cæpit. Interea Peruſij cogitur Concilium: claſſem in Illiricos, & Li-
C burnos mittendam decernitur: Oſnus Cæpis Peruſinus à Larth belli dux eligitur. Lucumon Vulterranus in cıɔ ıɔ. Gorg à Larth damnatus, à Concilio abſoluitur, Larth indignante. Claſſis Thuſcorum Scardoniam Inſulam cepit; inde Ortoplam verſus nauigans naufragium paſſa eſt: Naues xv. ſubmerſæ; reliquæ Adriam, & Flanonam in Hiſtris rediére. Illirici, Liburni, & Dalmatæ, Tedamo flumine traiecto, Lopſitam ceperunt; deinde Strupſim. Ardotini, præſidio Thuſcorum trucidato, Illiricis ſe dedére. Semenſes diſcordes inter ſe decertant. Tandem Illirici Ciuitatem per proditionem occupant. Tranſapenninæ Coloniæ per Henetos milites in Hiſtriam mittunt. Claſſis reſtauratur. Volcera Vulterranorum Colonia obſidetur ab hoſtibus. Hiſtri à Thu-

ſcis ad Illiricos deficiunt. Apud Tilaneptum pugnatur. Thuſci inferiores vſque Patauium fugati fuére. Claſſis à Thuſcinato, & Meſſana ad Oſtia Titi fluminis applicuit; & Derio capto agrum Ænonum incendit. Ænonum obſeſſum, captum, depopulatum, dirutum eſt. Illirici cum Thuſcis apud Corinium prælium committunt. Vindelicij, & Norici ab Hiſtris irritantur in Rhetios, & Vennonentes aggrediuntur. Rhetij legatos ad Larth mittunt, opem poſtulantes. Larth Mediolanenſibus, & Lucumoni Larienſium, & Volturrenorum imperat, vt Rhetios adiuuent; interim Peruſij Concilium indicit: ſed Lucumon Vulterranus indignans, quod Larth, ſe inſcio, Colonis Vulterranis imperaret, mandat Arunti Ceſio Laci, & Vallis Lucumoni, nè Larth obediret. Vindelicij Vennonentes ſuperant, & apud Culconam cum Rhetijs decertant: Rhetij inferiores; Phanania obſidetur. Concilium Peruſij habetur: Larth multa in Vulterranum Lucumonem vociferatus, patres coegit ad eum in ıↄↄ. Gorg mulctandum. Aruns Ceſius, quod Larth non obtemperaſſet, Lucumonis munere priuatur. Elbius Dándolius à concilio Lucumon eligitur, & cum exercitu ad auxiliandos Rhetios mittitur: Lucumon Vulterranus populum in Campum Ilicis extra Portam Felicem vocauit; ibi concionem habuit; Vulterranoſq; exorauit, nè Larth Peruſino ſeruire patiantur: & cum ipſi ſemper fuerint Thuſcorum principes, nulli, præterquam ſuo Lucumoni, obediant. Interim Hiſtri defectionis pœnas luunt; nam à Thuſcis plerique trucidati ſunt. Verum Illirici, & ſocij poſt multa certamina Thuſcos à ſe pellunt, quibus à tempeſtate agitatis, altera pars eorum Miſeniam; altera Lætheum Corinthiorum oppidum applicuére: verum Letheienſes eos à littore prohibere conantur; quarè prelium committitur. Lætheienſes tandem fugantur. Thuſci apud Lætheum caſtra ponunt: quò audito, Ariſthemedes Corinthiorum dux cum exercitu Lætheum progreſſus eſt; & cum Thuſcis certamen inijt; verum ſuperuenientibus reliquis Thuſcorum Nauibus, & quadriremibus, cedere cogitur; & Corinthum redire. Thuſci Lætheum oppugnant. Pheredus Athenienſium dux, & Megarenſes ad opem ferendam Corinthijs accurrunt; ſed Thuſci depopulato, & incenſo Letheo in Italiam cum magna præda feſtinant. Interim Elbius Dándolius Adulam Montem tranſgreſſus cum Rethijs ſe coniunxit. Peruſium ad concilium patres vocantur. Vulturnus ſe infirmum ſimulans ad concilium non accedit: ſed per legatos ſe excuſat; &, vt ipſum Lucumonem confirmarent, muneribus....... ſed non confirmatur: Antius Galeritus creatur Lucumon.

A B C

cıↄ cıↄ viij. Menippo Coricinio Lucumone Arretino, Thuſcorum Larth, cum audiſſet Vulturnus, Antium Galeritum, quem Senatus Vulterranus legatum ad concilium miſerat: Vulterranum Lucu* * * *

XCVI. *Scarith Die xxvj Iunij* M DC XXX VI.

Si Prosperus has Historias non reponeret, tu non inuenires.

monem creatum esse, in Theatrum populum congregat; à quo ipse Lucumon confirmatur. Galeritus non recipitur; quapropter ad Larth Arretium reuertitur. à Larth Vulturno, & Vulterranis imperatur, vt Antio Lucumoni obediant: verum legati ignominiosè eiecti sunt. Illirici intereà, & socij Histros incursionibus vexant. Vindelicij cum Rhetijs, & Thuscis apud Phananiam certamen ineunt: Rhetij fugantur: Phananenses se Thuscis dedunt:
A Vindelicij, victoriam prosequentes, Rhetios vsq; Adulam fugant; ideò legati Rhetiorum à Larth opem deprecantur. Volcera iterum ab Illiricis obsessa. Heneti legatos ad Larth eligunt, ad milites contra hostes petendos. In Siculis Lucumones discordes. Siracusij, & Catanij inter se præliantur; quarè Arretij à Larth Concilium indicitur. Illuc Vulturnus non conuenit; sed Arcilium Moriconium Arunensem misit. Senatus Vulterranus octo legatos elegit: verum nec Arunensis, nec octo; sed tantum quatuor legati intromissi, & Antius Galeritus tãquam Vulterranus Lucumon: sed cum legati ad Patres clamarent, Galeritum Lucumonem non esse, nec diademate ornatum esse, nec coronam, nec signa Lucumonis habere, à Larth à Lictoribus in custodiam duci iubentur.
B Tunc Patrum rumor: Lucumones, & legati Coloniarum Vulterranorum, prę-terquam legati Concilij minimi, è Concilio exiére. Sedato à Larth tumultu, à Concilio Vulturnus Cecinna damnatur, & Vulterranis præcipitur, vt cIↃ cIↃ. Gorg soluant interim legatos, & Arunensem tanquam obsides custodiri imperatum est. Colonis mandatur, nè Vulterranis, aut Vulturno pareant, sed tantum Larth, Concilio, Galerito. Transpadanis omnibus imperatur, vt contra Vindelicios, & Noricos milites mittant; item & Vmbris. Pręcipitur classi tàm superi, quàm inferi maris, vt Rauennam se conferat ad debellandos Illiricos. quatuor Senatores Arretini eliguntur ad fœdus ineundum inter Siracusios, & Catanios. Vulturnus, & Vulterrani audito Concilij decreto exarserunt ira:
C & illico Vulturnus coacto vniuerso populo, in Campo Illicis concionem habuit, & Vulterranos contra Patres Concilij animauit: tum legatos ad Rhetios mittit, qui eis promitterent, si partes Vulterranas sequerentur, se à Vindeliciorum iniurijs, & armis eos liberaturum: verum cum respondissent Concilij generalis voluntati obtemperare velle, legati cum Vindelicijs, & Noricis fœdus ineunt contra Rhetios, hac conditione, vt Adulaci Vulterranis, cæteri Rhetiorum Vindelicijs, & Noricis obedirent: inde legati prohibent, nè Coloni tàm Laci, & Vallis, quàm Comoni, Parmæ, Veronæ, Adrię, Mantuæ, et alij Vulteranorum Coloni nulli, præter quam Senatui Vulterrano, pareant. Dándolius Lucumon Laci, et Vallis illicò arma in Rhetios conuertit. Posteà

legati

legati ad Illiricos ſe conferunt, qui Volceram Vulterranorum Coloniam ob-
ſidebant in Hiſtria, & cum eis pacti ſunt, vt ciↄ iↄ. Gorg acceptis, claſſem in
Tranſapenninos, Colonos Thuſcorum, qui pro Vulterranis non eſſent, para-
rent; & eam partem Hiſtriæ, quam occupauerant retinerent: Volceram obſi-
dione liberarent. Item alijs Hiſtris libertatem promittunt, ſi Vulterranis fa-
uerent. Plerique Henetorum Vulterranis adhærent: cęteri Larth. Vultur-
nus interim alios legatos cum ingentibus muneribus ad Lucumonem Feſulen-
ſem, Lunenſem, Populonienſem deprecans eos, vt ipſum adiuuent. Vnus Po- A
pulonienſis Lucumon ſuam opem promittit: alij nec munera, nec legatos re-
cipiunt. Item per legatos Meſſanos, Capuntinos, Panormenſes, & Catanios
hortatur, & orat contra Larth: Meſſani, & Catanij Vulterranis fauere promit-
tunt: Capuntini, & Panormenſes nec vlli fauere, nec obedire velle reſpon
dent: Siracuſij Arretinis adhærent. Ætoli, & Brutij in Lacedemoniorum
claſſe, quam, vt eos à Thuſcis defenderet, ſocij Lacedemonij miſerant, con-
ſiſi à Thuſcorum imperio deficiunt. Larth iterum Arretium patres conuocat
ad Concilium: contra Vulturnum, & Vulterranos deliberatur. Oſnus Ni-
corofius Arretinus belli dux eligitur. Naues à Thuſcinato reuocantur, & Gra-
uiſcæ manere iubentur; item ab Adria diſcedere, & apud Rauennates mane-
re; Vulterrani namque, nè eæ in Illiricos nauigarent, prohibuerunt: ſed nunc B
etiam Concilij decretum contempſerunt, nam Vulturnus præcepit Præfectis,
nè à Thuſcinato, vel ab Adria naues vllas diſcedere ſinerent. Lucumon Po-
pulonienſis à Concilio munere priuatur, & ad exulandum damnatur. Coloni
Vulterranorum eo quod Larth, & Concilij imperio non obtemperaſſent à Cō-
cilio mulctati ſunt. Magiſter Equitum, & Sares in Concilio Arretino creati.
Contra Ætolos Lucanis, Parthenopenſibus, & Picentinis, vt exercitum para-
rent, Concilium mandat. Prætori Felſiniæ, Rauennatibus, Mediolanenſi-
bus, & Vmbris commiſſum, vt Rhetios defenderent; verum Vindelici Rhe
tiam occupauerant, & Adulaci ſponte Vulterranis ſe dederant. Vulturnus
in Ciprum Naues ad frumentum coemendum miſit, et è Sicilia biremes onu-
ſtas tranſduxit. Auguribus mandauit, nè de hoc bello augurarentur; et qui
eius decreto non obtemperaſſet è mœnibus deijciatur. Prefectus, et Magiſter
obſtant, qui poſtea vulturnum timentes Arretium confugerunt, vbi aliud Col-
legium Augurum inſtituunt. vulterræ autem alius Præfectus, et Magiſter ele- C
cti. vulturnus Colonis dimidiam tributi partem minuit; Ennium Cecinnam fi-
lium belli ducem elegit, Ciues omnes à xx. vſque ad XLVij annum arma ſumere
iubet. Cirnei, et Sardi vulterranis opem ferunt. Meſſani, Catanios contra
Siracuſios adiuuant. Lucani, & ſocij ab Ænetis, & Lacedemonijs fugantur.
Vulturni coloni à Lucumone Peruſino, & à cæteris Campaniæ colonijs ob-
ſidentur. E Felſinia Tribunus Vulterranus eiectus: verum Mantuæ Præfecti,

& Ar-

& Arretinus, & Fesulanus à populo in custodiam coniecti sunt: quo audito à Vulterranis, omnes Mantuani Vulterrana Ciuitate donati sunt, eisque, vt sibi Præfectum eligant, concessum. Vindelicij, Norici, Illirici, Liburni, & Heneti fœdere inito, omnes Adriam progressi cum Colonis se coniungunt, inde Elbio Dandolio duce ad oppugnandum Brixillum præcurrunt. Comonenses Salienam expugnant; inde contra Bremenses se conuertunt. Bremensibus victis, deprædatis, & plerisque trucidatis, ad obsidendum Brixillum cum cæteris Colonis iuère. Mediolanenses, Eridanenses, Rauennates, & alij exercitum aduersus Vulterranenses parant. Parmenses ad Padum cum Pacantinis dimicant; verum à Felsinensibus à tergo aggressi superantur. Senenses Vulterranis fauent, ad quos oppugnandos Osnus Nicorosius cum Thuscorum exercitu progreditur: verum Ennius cum Vulterranis, & Populoniensibus Osno ad Gormonem fluuium accurrit: verum Vulterrani inferiores Senam se recipiunt. Russellani agrum Populoniensem deuastant; verum Populoniensibus, & Thuscinatibus eis accurrentibus fugam arripiunt, & vsque Russellas fugantur. Lunenses, & Ligures Pisas obsident. Vulterranorum, Messanorum, Cirneorum, & Sardorum Naues Cumam applicuère: qua occupata Internum oppugnant. Baulienses se dedunt. Vulturnũ obsidione liberatur. Parthenopenses, & Picentini, & reliqui Campani cum Vulterranensibus prælium committunt: pugnatũ est ęquo Marte: ex vtraq; parte multi cecidère. Ætoli, Brutij, & Lacedemonij, fractis Lucanis, Vlcem obsident. Vulturnus cum nouis militibus Corsis, & Sardis Magistrum Equitũ Senam mittit, ibi iterum cum Arretiniensibus pugnatur: plures ex Vulterranensibus occisi sunt: verum ea nocte Osnus castra trans Gormonem locauit. Aremulius Latinorum Rex à Thuscis deficit, & instructa acie ad expugnandum Ianiculum Tiberim transiuit. Cærites, Veientes, Tarquinienses, Fidenates, Ianiculenses adiuuant; verum à Latinis circumuenti superantur, & eorum castra deprædantur: Ianiculum obsessum. Catanij, & Messani magnis cladibus Siracusios afficiunt, qui à Numidijs, & Mathionibus opem deprecantur. Hi magna classe comparata Melita Vulterranorum Insula potiuntur: inde Melitam Ciuitatem expugnant. Melitenses trucidato Vulterranorum præsidio Aphricis populis se dedunt. Recuperata ab Aphris Melita in Siciliam transfretant; Siracusios contra * * * *

A (margin) · B (margin) · C (margin)

XCIV. *Scarith Die xxj. Iunij MDCXXXVI.*

Prosperus Fesulanus hęc reposuit.

Catanios adiuant. Catanij cedunt. Inde Argenium à Siracusijs expugnatur: Missellum captum, deuastatum, dirutum. Messani per legatos Vulterranos orant, vt sibimetipsis consulant: auxilium promissum: interim & mari, terraq; obsidentur. Trans Apenninum à Vulterranensibus Brixillum captum, præda-

mili-

militibus concessa est: postea in Mediolanensi agro apud Melionum cum Arretiniensibus pugnatur: sed Arretinienses inferiores vsque Mediolanum fugantur.

Felsinenses, Mōdinienses, & Pacantini expugnatam Parmam depopulantur, & Mediolanum se conferunt. Sequenti mense cum Vulterranēsibus certamen ineunt; sed iterum fugati. Vulterranenses 10. passum propè Mediolanū Castra ponunt, & turres, & vineas ædificant Ciuitatis oppugnandæ causa. Adrienses superiores, & cęteri Vmbri, Prætutiani, Marsi, Marruccini, & Nestini Vulterranas partes sequentes superant Rauennates, & Rauennam expugnant. Populonienses, Thuscinates, & Vulterrani, Populoniensium Lucumone duce Russellas aggressi, reijciuntur. Senę iterum pugnatur: Vulterrani inferiores: Arretini arietibus, & Vineis Senam expugnant: sed à Vulterranis, & Senensibus sequenti die non modo è Ciuitate expulsi sunt; verum etiam vsq; ad Arbium flumen fugati. Russellæ iterum obsidentur; & Russellanorum, & Vetuloniensium ager deuastatur, & incenditur. Aremulius interim per obsidionem Ianiculum accepit; Ianiculensium plerosque occidit, reliquos captiuos effecit, Ciuitatem diruit, & incendit: sed citò rupti fœderis pœnas luit, namq; à Dijs fulminatus interijt. Vulterranenses à Cirneis, & Sardis, Samnitibus, & Sabinis adiuti non modo Vulturnum obsidione liberarunt, sed etiam Campaniam omnem occuparunt, & Parthenopenses excursionibus affligunt, tandem Parthenopē ipsam aggrediuntur; sed ter reijciuntur. A Vulterranis verò classis reuocatur, & ad ferendam opem Messanis mittitur: sed Messani diù auxilium expectantes, tandem obsidione vrgente, & necessitate coacti iniquis conditionibus se hostibus dederant; quarè classis præsidio in Campania relicto, & tertia parte equitum, qui eam oram ab incursionibus hostium defenderent, Thuscinatum redijt. Lunenses, & Ligures Pisis potiti Iluam Insulam occuparunt, ibique in vertice montis inexpugnabilem arcem ædificare cęperunt, sed cum classis reuersa esset, deprædata Insula opus dimiserunt. Ligures Mediolanensibus, qui oppugnabantur, auxilium præstant: Quinquies Vulterranenses ascendere Vrbem conati, quinquies à Mediolanensibus reiecti sunt. Rauennates Vmbros expellunt. Larth autem alio exercitu in Vulterranos coacto, eum Antio Galerito committit, qui Lucumoni Populoniensi in agrum Russellanum occurrit: pugnatur: Galeritus victor Populonienses insequitur, qui à Vetuloniensibus circumuenti fracti, fugatique sunt Lucumon populoniensis vulneratus, à suis defensus est, sed in itinere defecit. Ennius iterum, fugato Osnio, Clusium per proditionem occupauerat, cui ipse Larth instructo iterum exercitu occurrit; & inito certamine, Vulterrani fugam arripiunt, & Senam se recipiunt. Vulturnus interim Vulterram muniebat; arces Voltem, Stroccum, Montalem auxit.

A

B

C

Pomarancij tres turres construxit iↄcc. equites Drolium misit; item Carsolum, & Mencjum cccc. equites, & ciↄcc. pedites; apud Hesperi sepulcrum, in Monte Morgetis ad Fontem Horchiæ, ad Hortos Veri, ad Lucum Rehæ Valla ædificauit, quæ suburbia defenderent: frumentum castris distribuit; quibuslibet Præfecturis iↄcc. milites adsignauit. Senatores, vt Lalartes eligerentur poscebant, sed Vulturnus respondit, tempore belli non opus esse Lalartum; sed cum rumor in patres oriretur, concione habita spe Thusciæ
A omnis potiundj, ipse tumultus sedauit. Galeritus interea incendijs, depopulationibus, & magnis cladibus Populonienses affecit. Larth tandem, recuperato Clusio, Senam cepit. Ennius cum equitibus, & paucis peditibus ad Cibelum Castrum confugit.

Vulturnus Artabanum Maurum cum alijs agminibus ad exercitum reparandum misit. In Latinorum Regno Auentinus patri successit, qui Thuscis vsque ab adolescentia iratus, & in patris victoria confisus comparato exercitu Cærites aggressus est; interim per legatos finitimos populos ad defectionem incendit. Peligni, Caraceni, Frentani, Sabini, Samnites, & Parthenopenses simul in Campanos bellum parant, & breui tempore Cãpaniam occupant, præter Vulturnum, quod obsessum est. Illirici, Liburni, Vindelicij, Norici,
B & Heneti cum iamdiù ad Mediolanum consedissent; nec quidquam præter pecora, greges, & triticum, & Mediolanensium septemtrionalem agrum acquisiuissent, spe frustrati à Vulterranis discedunt, & ad sua redeunt; quarè Elbius Dándolius Comoni se recepit; quò Mediolanenses decurrunt. Vmbri soli Vulterranenses non deserunt. Comonũ, & Mantua obsessa sunt. Sed in Thuscia Cibelo, & Strouia Larth breui potitur, & Carsolum circumsedit. Vulturnus Magistrum Equitum cum alijs agminibus Farnetam mittit. Inter Farnetam, & Carsolum acriter pugnatum est. Vulterranorum exercitus fugatur: Ennius vulneratus ad Castrum Foscum portatur: Farneta obsessa est; sed Magister Equitũ noctu irruptione facta multos ex hostibus occidit; & Osnum capit; verum à Larth Farnetam redire cogitur. Populonienses, inter se diffidentes, portas Galerito aperiunt; qui Thuscinatum deinde aggreditur; sed à Cirneis, & Sardis
C eijcitur; quarè Vulterranũ agrum deuastans, & incendens, apud Drolium consedit, quod Castrum sibi à Socchinis prodẽdum sperabat; sed spe frustratus castrum oppuguare cępit. Vulturnus Drolienses defendere volens, Asnum Cesiũ cum Colonis Castri Salinarum, Pomarancij, Burniani, Ancirani, Furniani, Antrensij, cõtra Galeritum mittit: apud Drolium pugnatum est: Thuscinates à tergo, Cesius à fronte Galeritũ adoriuntur; qui in Castris obsessus est: verũ facta manu Populoniã confugit: multi suorum cæsi, pleriq; vulnerati. Interim Larth Farnetam cepit: Magister Equitum captiuus effectus est. Artabanus cum paucis ad Castrum Foscum, deindè Cellulam se recepit; inde Volmiccium.

Ennius

Enius adhuc vulnere æger Vulterram ducitur. Larth Castrum Foscum oppugnauit, inde Ornanum; postea Cellulam circumsedit. Interim Vulterræ Pontifex Maximus in Monte Esaris maioribus hostijs sacrificat. Saph xv. aurea ab Ancironibus dicata in Templo Aretiæ consecrantur. Lectisternium Marti, Vandimoni, & Iano factum est. In Agro Martiali Marti ludi celebrantur. Ad pleraq; puluinaria Dij obsecrati. Lucumon, Pontifex, Sagi, Senatus, Augures, Sacerdotes, & Magistratus omnes, populusq; per triduum Vrbem circumiuère. In magna Platea à Pontifice, & Sagis solemniter immolatum est. Iam Lucumonis eligendi tempus erat; quarè Vulturnus coacto populo in Campum Illicis ciues orauit, vt Lucumonem in his temporibus ad tale munus idoneum eligerent. Vulturnus enim de industria suos clientes in omnes Præfecturas diuisit, quos, vt subitò Vulturnum Lucumonem acclamarent, instruxit. Finita igitur Vulturni oratione, clientes ipsum quartò confirmãdum esse clamarunt; populus clientũ vocẽ secutus est: quarè Vulturnus viua voce ad sex annos Lucumon quartò confirmatur, nonnullis è Senatoribus indignantibus. Interim Larth Arretij Concilium habuit, relicto Core Licinio ad expugnandum Castrũ Cellulæ: In Concilio primum Vulterra è xij. Ciuitatum numero priuatur: Veientes id recusantes, Vulterranis in numero subrogantur, obstantibus Præfecto, & Magistro Arretinorum Augurum: Tarquinienses in loco Ianiculensium subrogãtur: actum est de ædificando Arretij, vel Perusij Templo Esaris, & de creando alio Maximo Pontifice; sed Patres non concordant. In fine concilij Larth patres orauit, vt eum Larth confirmarent, donec bellum cum Vulterranis perficeret: id à Fesulanis legatis, & Lucumone negatur. Larth nihilominus confirmari instat; quarè Concilij patres tumultum excitant: alij Fesulano Lucumoni: alij Larth adhærent: parum abfuit à pugna. Concilium dimissum est.

A

B

ciɔ ciɔ xjv Vulturno Cecinna quarto Lucumone nullus Larth creatur: exercitus dimissus est: Vulterrani timore liberati: Fesulenses, & Arretini inter se ad arma. Auentinus Cærem diú obsessam expugnat. Cirnei, & Sardi à Thusci deficiunt. Siculi Lucumones, è Lucumonibus tiranni, inter se non conueniunt: verum Aphri, Cisico, & Alontio munitis, in Aphricam redeunt. Vulterræ in Templo Esaris solemne sacrificium peragitur: exercitus cogitur ad pisas recuperandas. Elbius Dándolius, qui Comoni obsidebatur, ab obsidione liberatur. Mantua, quam Mediolanenses ceperant à Vulterranis recepta est. Vulturni Coloni à parthenopensibus. Samnitibus, & socijs post longam obsidionem se dederant, ideòq; ad recuperandam Coloniam Vulterranorum Naues Lucumon misit, quæ primo impetu Cumam, Internumqne occupant. Vulturnenses illicò se Vulterranis dedunt. Galeritus eo quod in patriam arma sumpsisset à Lucumone, & à viris Capitalibus damnatur; bona publicantur; ædes deso-

C

Nondum reperimus CCCII. *ann. quos hìc desideramus*

lantur; propinquis ignotum est: captiui pecunia publica redimuntur. Ad Senenses, qui Arretinos expulerant IↃccc, equites, & cIↃ. pedites præsidij gratia à Vulterranis missi. Transapennini Coloni inter se dimicant. Vmbri contra Colonos Perusinos, Arretinos, & Lunensesarma sumunt. Arre- ***

A


LV.

Scarith Die xx. *Septemb.* MDCXXXV.

Lucumonum gesta, quæ ab Anno cIↃ cIↃ cccLXV. *vbi Lucius Cecinna desijt, Ennius Dàndolius Senator Vulterranus, & Senatorum Scriba transcribere cępit, hic repono ego Prosperus Augurum socius, & scriba.*

VULTERRANAE Ciuitatis, idest ab eius ędificatione anno cIↃcIↃcccLXV. Lucumone Menippo Cecinna apud Cærites actum est Concilium. Veientum Lucumõ Ascus Elencius constituitur dux belli cõtra Romanos. Romani obsessi, & castra sunt capta. Consul Quintus Fabius occisus fuit; & multi Romanorum etiam occisi. Thuscorum etiã aliqui ceciderunt. Cecidit inter hos Menippus Cecinna, cuius exequię solemni pompa sunt celebratæ.

B



C

cIↃ cIↃ cccLXVij. Orchus Maurus electus est Lucumon. Fullus Petronius põtifex maximus mortuus est; in cuius locum substituitur Cranus Dándolius. Ascus, qui Veientibus imperabat Fabios interfecit; ex quibus solus infans superfuit. Cum Romanis bellum innouatur. Thusci Ianiculo sunt

poti-

potiti: obsidetur Roma. Dux Vulterranorum Messius Cecinna, cum fortiter ad Portam Collinam pugnaret, fuit occisus; & Tusci in Ianiculo aggressi discedere coguntur. Elbius Cecinna Menippi filius in locum fratris subrogatur; hic ab Armise Vero improuisus occiditur. Armisem Auli Virginij Consulis milites in tuto ponunt, & Romam perducunt; & inde Ciuitate Romana Armises donatur.

 cIↃ cIↃ cccLxix. Alcus Maurus gubernat. Apud Russellas cogitur Concilium: mittuntur milites in auxilium Veientum contra Romanos; sed à Romanis sunt deuicti: nam Hernici, & Latini Romanos adiuuerunt. A

cIↃ cIↃ cccLxxij. Creatus est Lucumon Iasius Dándolius Galli Transapenninis Colonijs damna intulerunt. Pisæ celebratum est Concilium. Ansur Rozzius Fesulanus creatus est dux generalis, qui post sex menses reuersus est, post adeptam victoriam.

cIↃ cIↃ cccLxxvij. Morgetes, ex Volturrena Familia Vulterrana ortus, creatus est Lucumon: huius anno secundo ortæ sunt seditiones ciuiles: plebes surgit contra Nobiles; nam ad officia, & ad publica munera aspirabat: cui concessum est, quatuor ex plebe tribunos Senatum ingredi posse. Gelonus Siciliæ Rex Vulterranorum classem ex Græcia reuertentem afflixit. Clussium cogitur Concilium. Amilcar auxilium postulat contra Gelonum, Lucumonum seditionibus nec conceditur, nec negatur. B

cIↃ cIↃ cccLxxxj. Orcho Atriario Lucumonis onus sustinendum committitur: tum seditiones ciuiles. Ansur Maurus ex Sagis Pontificibus tertius eas sedauit. Galli quasdam Colonias Transapenninas superant. Ad Fanum Herculis habetur Concilium. Turnus Russellanorum Lucumon dux creatur, qui parum honestè reuersus est, cum inducias iniuerit. Veientes ab Arretinis Cortonensibus, & Perusinis adiuti Romanis damna intulerunt.

cIↃ cIↃ cccLxxxv. Lartes Moriconius Lucumon. Moritur Summus Pontifex: cui Aruns Maurus successit. Sacerdotes Herculis veneno omnes sunt consumpti. Ansara Petronia Vestalis impudica ex legis decreto viua sepelitur.

cIↃ cIↃ cccLxxxjx. Lucumonis munus suscepit Luceus Pomarius. Vulterrani tres Siculorum Naues ceperunt. Trasibulus legatos ad Vulterranos mittit, Naues repetentes: fœdere inito redduntur. Vulterræ generale Concilium celebratur. C

cIↃ cIↃ cccxciij. Crono Gesio Lucumone, plebes contra Nobiles insurgit de officijs, & honoribus anxia. Arretini, & Perusini de finibus altercantes arma sumunt. Senæ habetur Concilium. Lucumon Arretinus, & Perusinus damnantur. Galli Transapenninas Colonias armis inuadunt. Ad Fanum Voltumnę habetur Concilium, & Morgetes Cæritum Lucumon dux eligitur.

cIↃ cIↃ cccxcvij. Constituitur Lucumon Vulterranus Amuccius Fidentius.

Thusci

Thusci à Gallis fracti. Morgete duce interfecto, Amuccius in eius locum subrogatus, nouos milites secum ducens, illùc magnis itineribus perrexit. At Galli superiores fuère & multas Ciuitates occupauère. Induciæ indictę.

ciↃ ciↃ ccccj. Adrastus Cecinna Lucumon. Tibur Cærites successit Ansuri Mauro Maximo Pontifici. Nobiles cum plebe discordes arma sumunt. Nobilium multi cecidère. Cecidit Adrastus. Plebes cum Senatoribus volebat conuenire in Lucumonis electione. Fesulæ celebratum est Concilium, quò plebes quatuor Legatos misit; & quatuor Nobiles misère. Verum duo ex Patritijs, & duo ex plebe tantum admissi fuère. Plebi concessum est, vt viginti Vristeres ......

A

XXCVI *Scarith Die x. Aprilis.* M DC XXX VI.

Ego Prosperus hìc reponò reliqua, quæ scripsit Ennius Dàndolius.

Lucumonis electioni interessent.

ciↃ ciↃ ccccv. Crono Volturreno Lucumone, creantur Lalartes; qui Tribus instruxerunt. Senatores ad minorem numerum redacti: Lucumonis munus in annum. A Colonis Vultraij Ascus Venesus occisus: is erat Præfectus: demum rei fuère damnati. Templum Pacis in via Razaunth ædificatur. Orcia Vestalis flagellata est, quod Sacer Ignis fuerit extinctus.

B

ciↃ ciↃ ccccvj. Orchus Maurus Lucumon. Tum pestilentia immanis mortales vexauit. Solemne Sacrificium celebratum; Ciuitas lustrata fuit.

ciↃ ciↃ ccccvij. Cenicus Atriarius Lucumon. Pestilentia grassatur.

ciↃ ciↃ ccccviij. Dancus Aruncus Lucumon. Pestilentia non cessauit; quapropter extra Portam Brodonæ Templum ædificatum est.

ciↃ ciↃ ccccjx. Sarcus Pomarius Lucumon ludos in honorem Iunonis, & Vandimonis instituit. Alcus Porius Russellanus Tiburi in Pontificatu successit. Coloniæ Transapenninę tumultus excitant: multæ Coloniæ se se Gallis dedère. Fesulę celebrandum Concilium indictum.

C

ciↃ ciↃ ccccxj. Aulus Fidentius Lucumon. Ansur Messius Perusinus creatur dux, qui sub Thuscorum ditionem Colonias reduceret; hic Apenninum transgressus occubuit: exercitus dissipatus.

ciↃ ciↃ ccccxij. Orchus Maurus secundò Lucumon. Perusij Concilium celebratum: noui milites trans Apenninum missi; verum à Colonis, & à Gallis fugati fuère.

ciↃ ciↃ ccccxiij. Messio Dorio Lucumone Lalartes creantur; ipsi discordes Ciuilium discordiarum inter nobiles, & plebem auctores fuère.

ciↃ ciↃ ccccxjv. Antius Cecinna Lucumon. Apud Russellas Concilium; agitur de bello Romanis inferendo: Lucumones discordant: Concilium di-

missum

missum. Lucumon Vulterranus cum seditionis duces castigasset, Patres cum plebe conciliat.

cIↃ cIↃccccxv. Titus Fidicus Lucumon. Veientes, & Fidenates absque Concilij consensu in agrum Romanum excursionem fecerunt. Lartes Tolumnius Veientum Lucumon Legatos Romanorum occídit; quarè ipsi Anienem fluuium transgressi, prælium cum Larte iniuère, & licet superiores extiterint, tamen multi ex ipsis occubuère.

cIↃ cIↃ ccccxvj. Lucumone Armise Dándolio, Vulterræ actum est Concilium. Lartes Tolumnius quod arma sine Concilij consensu sumpsisset ad præscriptum legis damnatur. Veientes in cc. Gorg mulctati. Lartes Fidenatum, & Faliscorum auxilijs fretus iterum cum Romanis prælium committit. A

cIↃ cIↃ ccccxvij. A Mecenate Cecinna Lucumone milites, qui Veientibus opem ferrent missi. Veientum exercitus à Q. Capitolino Romano fugatur: Thusci tamen Romanos reiecissent, atque vicissent, nisi ab Aulo Cornelio Cosso eorum duce Lartes vulneratus occubuisset.

cIↃ cIↃ ccccxviij. Amuccius Moriconius Lucumon. Mecenas quod veientibus opem tulisset delatus est: at nè tumultus excitaretur à Lucumone, & Arunensibus absolutus est; dummodo xxx. Gorg soluat. Roma pestilentia laborante, veientes vsque ad portam vrbis fecère excursionem: at reiecti, fugatique fuére. Occus Iardius ipsorum Lucumon per legatos à duodecim Ciuitatibus auxilium postulat.

cIↃ cIↃ ccccxjx. marancio Pomario Lucumone, ad Fanum Voltumnæ Concilium habetur. Romani bellum adornant. lucumones inter se dissentiunt. veientes dimissi, & concilio priuati: marancius constituitur dux ad recuperandas Colonias Transapenninas. B

cIↃ cIↃ ccccxx. lucius Aulicus lucumon. Marancius vix ad veterem Thuscorum obedientiam sex Colonias redigit: ibi magnum præsidium reliquit. veientes à Romanis magna damna substinuerunt. Arretium ciuilium discordiarum inter plebem, & patritios repletur.

cIↃ cIↃ ccccxxj. Tito volturreno Lucumone, lalartes eliguntur. Plebes inter se discordat. Ad Fanum voltumnæ habetur concilium. veientes * * * C

A duobus scripta hic repono Lucumonum gesta: alterius finem, alterius principium. Prosperus Fesulanus. XC

veniam poscunt, sed non exauditi. lucumon, & Senatus Fesulanæ ciuitatis inter se discordes, conciliantur: dissensiones plebis, & patriciorum Arretinorum sedantur. marancius pomarius vulterrani Senatus permissu, ex Gallis trans Apenninum captis partim ad augendum pomarancium, partim ad castrum Salinarum mittit.


Sc arib Die xiv. Iunij M DC XXXVI.

cIↃ cIↃ ccccxxij

cıↄ cıↄ ccccxxij. Arte Fidicio Lucumone Sagi inter se dissentiunt. Pontifex Maximus mortuus inuentus est: alij à Sagis; alij ab vxore occisum dixère. Sarcus Torcicus vultraij colonus creatur nouus Pontifex: á Sagis non recipitur; à Lucumone ad Templum Iani collocatur.

Ennius Dándolius scripsit.

A cıↄ cıↄ ccccxxiij.


cıↄ cıↄcccc xx-iiij lycio dorio lycymone yulter
re cogitar concilium: sagi sarcym pontific
em inyiti recipiynt. : veientes per legatos
iterym yeniam expostylant . post mylta
rerym animorym et yolyntatym discri
mina dimittyntyr: nam lycymones discor
dabant. . sarcys sagos penas lyere iy
bet. tres occidit. qyorum ynys lycymonis
frater erat: qyare tymyltus excitatyr.

LVCIO Dorio Lucumone Vulterræ cogitur Concilium: Sagi Sarcum Pontificem inuiti recipiunt. Veientes per Legatos iterum veniã expostulant; post multa rerum, animorum, & voluntatum discrimina dimittuntur; nã Lucumones discordabant. Sarcus Sagos pœnas luere iubet; tres occídit, quorum vnus Lucumonis frater erat; quarè tumultus excitatur; nam magna pars nobilium Pontificem expellere curabat, quem plebes, & alij nobiles defendebant: bellum ciuile exortum est: Lucumon occisus; eius ædes depopulatæ.

XXCVI *Scarith Die x. Aprilis.* M DC XXX VI.

B

cıↄ cıↄ ccccxxiiij. Hercules Petronius Lucumon. Sarcus Pontifex à duobus familiaribus suffocatur: Menippus Aruncus eligitur. Lucumon satis crudelior fuit; plebi magis, quam patribus adhærebat. Aruns Cecinna quam plurimis ex patribus stipatus in plateam Lucumonis perrexit, vt Tribunos, & vristeres, qui illuc conuenerant trucidaret; sed à lictoribus prohibitus fuit: at patritiorum multitudo illos extra Portam Herculis eiecit: verum plebes insurgens plures occídit ex nobilibus: at ex Familia Cecinna tres tantum Sacerdotes Martis superstites fuére. Magister Augurum, & quinque socij iussu Lucumonis è Mœnibus deiecti sunt.

C

cıↄ cıↄ ccccxxv. In eligendo Lucumone maxima fuit dissensio: nam plebes, aut Herculem confirmandum, aut Tribunorum vnum eligendum instabat: nobiles obstabant: tandem electus fuit Tarcus Nemus Tribunus Tessæ:

At nobiles à Colonijs adiuti, eum, quò die diademate, coronaque decorandus erat, in Templo Martis occiderunt. Tunc electus est Tibur MORICONIUS, qui vt se defenderet omnes Colonias Vulterranorum congregauit. Hercules à Iudicibus Senatorijs damnatus, ad Siluam Nemorosam capite obtruncatus fuit.

cIↃ cIↃ ccccxxvj. Tibur confirmatur Lucumon. Terræ vehemens motus multa ædificia decussit; at præsertim partem sepulcri Lini Mauri. Thuscia ariditate angitur: Salinę salem non coquunt; quod Vulterranis maximè damnosum fuit. Veientes, Romanis inter se discordibus, Romanum agrum depopulati, exinde maximam prędam diripiunt. A

cIↃ cIↃ ccccxxvij. Ancus Cesius Lucumon. Hostium ducibus dissensionibus agitatis, victoriam consecutus, Romanos fugauit Furicus Veientum dux; quarè multi Thuscorum Veientibus opem ferentes accurrunt. Concilium, quod Arretij habitum est, ipsis Veientibus ignouit, & milites concessit; verum à Romanis concisi fuère.

cIↃ cIↃ ccccxxviij. Mutio Burniano Lucumone Samnites in Thuscos in Campania arma mouère; quarè Populonię celebratur Concilium: ANTIUS Lecius Fesulę Lucumon electus est dux: hic vt primum illùc peruenit, Samnites terga vertere coegit: verum cum inde acie dimicassent ab ipsis fr * * * *


B

C

XCV.
Scarith
Die xxiij. Iunij.
M DC XXX VI.

A

A te inueniendas has ſcripturas reponit hic tuus Proſperus Feſulanus.


[illegible] caio apustio uulterrano preside tatius
cepis perusinus cum thuscorum militibus contra gal
los missus · caius flaminius consul romanus de gallis su
perior ab ipsis gallis fugatur · multa prodigia se
cuntur quare a romanis tiberius sempronius uul
terram ad collegium mittitur ut augures de pro
digiis consulat · augurum est responsum quod consu
les magistratu se abdicent · romanus senatus flaminio
litteras dat · sed ipse interim gallos fudit · uerum quod
auguriis non obtemperauerit punitur · attamen de

B

cIↃ cIↃ IↃC xxxvj.

CAio Apuſtio Vulterrano Præſide, Tatius Cępis Peruſinus cum Thuſcorum militibus contra Gallos miſſus. Caius Flaminius Conſul Romanus de Gallis ſuperior; ab ipſis Gallis fugatur. Multa prodigia ſecuntur; quarè à Romanis Tiberius Sempronius Vulterram ad Collegium mittitur, vt Augures de Prodigijs conſulat: Augurum eſt reſponſum, quod Conſules magiſtratu ſe abdicent. Romanus Senatus Flaminio litteras dat: ſed ipſe interim Gallos fudit: verum quod Augurijs non obtemperauerit, punitur; attamen de hoſtibus triumphat. Tatio, & Thuſcis ingentia dona conceſſa.

C

cIↃ cIↃ IↃC xxxvij. Tibure Aulico Præſide Vulterranæ Ciuitatis, Linus Maurus cum Equitibus, & peditibus aduerſus Gallos ſub ducatu Marci Claudij Conſulis miſſus, apud Alpes fugatur: deinde ad Capidium Marcus cum Gallis inito certamine, Ethruſcorum virtute ipſos fudit, & eorum Regem occidit: poſtea cum Cneus alter Conſulum propè Mediolanum obſideretur, à Lino, & à Thuſcis liberatur: quarè Linus inter Romanos Senatores adſcriptus, IↃccc. Gorg donatus ouans Vulterræ recipitur. Thuſcis omnibus præda impartita.

cIↃ cIↃ IↃCxxxviij.

cIↃ cIↃ IↃCXXXVIIJ. Ancus Cesius Vulterranus Præses Linum e Ciuitate eiecit, quod eum contra patriam intentare diceret; verum à Romanis in patriam restituitur; immò ab equitibus Magister Equitum eligitur; qui absque Præsidis consensu milites in Histros misit, quarè dissensiones inter equites, & Senatores oriuntur: Vulterra ciuilibus discordijs repletur: Linus iterum eijcitur. Romani irati milites Vulterram pro Lino mittunt: multi Senatorum occisi: Ancus Magistratum deponere cogitur: Linus Præses electus.

cIↃ cIↃ IↃCXXXJX. Lino Mauro Præsidente, Accer Paccius Arretinus cum Ethruscis agminibus ad Caium Luctatium in Illiricos missus. Illirici superati sunt. Linus Præses cum plebis Tribunis dissentiens à populo occiditur. A

cIↃ cIↃ IↃCXL. Præses Titus Flaccus Mauri fautores persequitur: milites, & præsertim Equites, qui pro Mauris sunt Tessam Tribum, & curiam occupant: ædes Maurorum in Magna Platea deprædantur: à Plebe milites extra Vrbem fugantur: sed Publius Valerius à Lucio Æmilio Vulterram missus has discordias sedauit.

cIↃ cIↃ IↃCXLJ. Arcilio Volumnio Vrbis Præsidente, moritur Pontifex: Caius Montonus Senensis eligitur. Præses congregato vniuerso populo vnà cum Maximo Pontifice, Sagis, & Auguribus, Anco Cecinnæ mandauit, vt Sacrosancta Magni Vandimonis verba litteris Latinis transcriberet. Quinqueremes Vulterranorum Caio Arunco commissæ, in Galliam contra Pœnos nauigant: B inde aduersus Boios, qui Mondiniæ præsidium Romanum obsidebant cIↃ cIↃ IↃ Equites accurrunt: qui tria Gallorum signa Vulterram, & Fesulam retulerunt. Publius Cornelius Consul cum vna Legione in Thusciam venit; Vulterræ in aula Lucumonis recipitur: eique Massiliam properanti alij milites, & Naues traditæ. Lucius Aruncus Vulterranus ductor erat. Sed Annibale Pœnorum duce per Alpes in Italiam descendente Consul, & Aruncus in Thusciam reuersi Pisas applicuère; & alios milites à Vulterranis, Fesulensibus, Populoniensibus, Pisanis, & Senensibus acceptis ad Padum cucurrère: ad Ticinum pugnatum est: Aruncus occíditur: Consul vulnus accepit: quarè nostri inferiores Placentiam se receperunt: sed adueniente altero Consule apud Trebiam iterum pugnatur: Aulus Fidicus Vulterranorum dux moritur: nostri ab imbribus, & frigore magis, quam ab hostibus vincuntur. Gisgo Annibalis Legatus Vulterram missus, vt Vulterranorum animos ad defectionem irritaret, humaniter receptus est; sed legatio nihil operatur. Tiberius alter Consulum cum Legionibus Vulterram, Pisas, & Lucam redijt. In Hibernis multa prodigia subsequuntur. Cæræ sortes extenuantur: quarè ibi Lectisternium ædificatur. Santissima Magni Patris Noa verba, latinis litteris transcripta coram populo Vulterrano lecta, ab omnibus confirmantur, & subsignantur. C

cIↃ cIↃ IↃCXLIJ. Turno Volturreno Vrbis Vulterræ præside plebes Vulter-

rana cum militibus Romanis decertat; ipsos è Ciuitate eijcit. Flaminius Consul iratus Vulterram prçcurrit: multi ex primoribus plebis damnati sunt: verum nè denuò tumultus excitaretur Romani milites Castrum Salinarum, & Horchiam mittuntur. Caius, & frumentum, & milites à Vulterranis petit; Senatores discordant; tandem frumentum negatur; conceduntur milites. Pœni, qui apud Arnum descenderant, à Fesulensibus, & à Vulterranis sibi victui necessaria postulant: asperè responsum est: quarè Fesulensem agrum depopulantur; & Castra Vulterranorum Carnum, Murgium, Emporium, Aium, Ircum, Marricum, Castrum Phanç, & agrum omnem vsque Coccianum, & Cellulam deprædantur; quarè Ancus Volusius Magister Equitum cum celeri agmine prædatores insequitur: verum in insidijs circumuentus trucidatur: Consul namque cum Legionibus, & Thuscis militibus Arretium progressus erat. Apud Cærites sanguis è fonte Tarcontis manauit. Consul Flaminius, & pecuniam, & alios milites à Thuscis extorsit. Annibal Cortonam oppugnat, capit, deuastat; inde ad Transimenum lacum cum Romanis pugnat: Consul occisus: alij victi: pleriq; nostrorum, aut trucidati, aut capti: qui cladi superfuerunt alij Arretium, alij Vulterram, alij Perusium, alij Senam se recepère. Thuscorum captiui à Pœno absque pretio remissi. Annibal iterum Thuscorum amicitiam petit. Vulterrani Senatores inter se dissentiunt; alij Romanis fauent, alij sunt pro Annibale indignantes Romanis seruire; multi tamen Romanorum inter Vulterranos Senatores sunt adscripti. Romani Quintum Fabium; qui superioribus annis nostri Collegij Augurum Præfectus fuerat, belli ducem creant, qui Craterem aureum Templo Martis Vulterram misit, & à Prçside, & Senatu petijt, vt milites sibi cōcedantur. Tali viro, & Vulterranorum amico nemò palam negare audet, quod poscit: traduntur Romanis alij milites: Equites sub ducatu L. Hostilij apud Gerionum à Numidijs concisi sunt. Minutius cum Fabio de bello discordat; exercitus diuiditur. Romæ seditio plebis vrgebat, vt noui Consules crearentur. Seruilius, alter Consul à Pœnis fugatus, deponitur. Lucius Cornelius, & Publius Iulus Consules creati; sed Publius Iulus post aliquot menses abdicare se Magistratu Religionis gratia cogitur: cui Attilius substituitur. Fabius cum duabus Legionibus, & Ethruscis agminibus hostes superat: Annibal namque à Transimeno discedens, & per Vmbros iter faciens Spoletum adortus est; deindè Marsos, & Pelignos deuastans apud Arpos consedit; postea Gerionum occupauit.

A B C

CIↃ CIↃ IↃCXLIIJ. Mutio Volumnio Præside, noui Romani Consules Lucius Æmilius, & Caius Terentius propter plebis seditionem. iij. men. post Comitia Magistratum iniuère. Terentius Vulterranis, Arretinis, & Fesulanis mandauit, vt noui milites scriberentur; verum quod Consul iussit, negatur; quarè Consules irati populum Romanum in Vulterranos, & Thuscos incedunt. Vul-

terranus verò præſes, Senatus permiſſu, Ancum Fidentium, & Volumnium Maurum Arunenſes Legatos ad Romanum Senatum miſit: hi Vulterranos excuſarunt, affirmantes, ipſorum multos in Caſtris Romanis cecidiſſe, nec alios milites propter plebis tumultum ſcribi poſſe: attamen nihil aliud, quam quod milites ſcribantur, reſponſum eſt. Legati id ad Vulterranum Senatum retulére: Senatus nihil decernit: Præſes Magiſtro Equitũ imperat, vt milites nomina dare curet: obſtat plebes: Magiſter Equitum, & Sares in populari tumultu occiſi: ıↄↄ. de Colonis tantum ſcripti ſunt; qui, & alij antea miſſi, & Hercules Aulicus eorum Præfectus ad Cannas cecidère. Nonnulli à Pœnis capti honorificè in patriam remittuntur; cum quibus, & Carthalo Annibalis Legatus Vulterram venit, qui vulterranos ad ſuas partes ſequendas hortaretur: propter Patrum diſcordias abſque reſponſu reuertitur. Plebes à Romanis deuictis deficiendum clamitat. Præſes, & Seniores obſtant; à quorum concionibus animi iuuenum, & plebis parumper mitigati ſunt: ſed Terentio alios milites, pecuniam, & frumentum dari poſtulante, iterum ſeditio exoritur: Legati ad Annibalem Tibur Dorius, & Marcus Pomarius electi: Præſes, Cecinnę, Petronij, & Fidentij id Romanis ſignificant, qui Quintum Fuluium Flaccum Vulterram mittunt: hic in magna Platea ad plebem concionem habuit, dicens; Vulterranos Romanorũ ſocios, & conciues eſſe; Romam, & Vulterram eãdem Ciuitatem putandam; Romulum vulterranum Senatorem fuiſſe; Ethruſcos Colonos Romam ædificaſſe; & quid modo Romanis præſtiterint, duplum ab ipſis conſequuturos. His verbis ſeditio ſedatur: xij. nobiles vulterranę familiæ inter patritias, & Senatorias Romanas, quanquam Manlius obſtaret, conſcriptę ſunt: nè ciuis Vulterranus inuitus militaret pactum. cıↄ cıↄ ıↄ. Equites vulterrani, ſub ducatu Marcelli ſpontè militant. Peruſini & ipſi milites Romanis misère, qui Caſilinum defenderent; vbi plerique fame conſumpti ſunt. Reliquis tamen omnibus, qui ſuperfuerunt, pręter Thuſcis, ſtipendium auctum eſt. A

cıↄ cıↄ ıↄcxljv. Herculano Mauro Vulterræ Præſidente, Marcellus Sempronio milites Vulterranos tradit. Sempronius denuò pecuniam à vulterranis extorquere curat. Herculanus ſe Romanorum hoſtẽ profitetur. Plebes Pœnis adhærebat. Quinti Fabij litteræ, quæ, populum Romanum vulterranis Capuam reſtituturum, promittunt, ſi vnquam à Romanis recuperaretur; Capuani namque à Romanis ad Annibalem defecerant, Vulterranos placant: ex Senatus Vulterrani conſulto ıↄↄ ıↄ. Gorg Romanis conceſſa. Interim Vulterranorum, & Arretinorum Præfecti primores Capuæ apud Hamas trucidant, & magna præda potiuntur. Quadriremes Thuſcorum in Sardiniam mittuntur, ibi Tit. adiuuerunt, eique victoriam peperère. B

cıↄ cıↄ ıↄcxlv. Menippus Velleius Præſes Vulterrani Senatus. Q. Fabius vulterranos, Feſulenſes, Arretinos, & Populonienſes orat, vt eorum biremes, C

& qua-

& quadriremes ad Titum Octacilium mittant. Populonienſes Conſuli parent: verum Præſes, & Magiſter Equitum Vulterranæ vrbis prohibent, nè à Vada Naues vllæ diſcedant. Arretini, & Feſulenſes Fabio reſpondent, Naues è Sardinia abſque militia, & armis rediiſſe; & ideò iterum eas remittere non poſſe. vulterrani Senatores diſcordant: Seniores Romanis parendum cenſent: iuuenes obſtant; quarè nihil deliberatur. Quintus, & Marcus Romani Conſules imperant Thuſcis, vt non ſolum Naues; ſed & pedites, & Equites
A mittant. Arretini coacti mittunt. Feſulenſes mittere negant. vulterrana plebes ſumptis armis Senatoribus obſtat: iuniores patritij plebi adhærent: tandem Quinto Fuluio, vt tantum tres quadriremes ſibi concedant, deprecanti vulterrani parent. Milites Ethruſci, qui cum Marco Claudio apud Nolam militabant in Siciliam traducti, Leontinos expugnant; inde ad obſidendam Siracuſam progreſſi ſunt. Vulterranorum quadriremes Appius Claudius duxit; quarum duæ Archimedis opera perière.

CIↃ CIↃ IↃCXLVJ. Anco Cecinna Præſidente, Romæ propter Augures ſeditiones oriuntur; de quibus Marcus Æmilius Prætor Romanus ad Collegium vulterranum ſcripſit. A Præfecto Lucius veturius, & Cneus Cornelius duo ſocij Romam miſſi, qui edixerunt, vt libros Augurales, regulaſq; Augurandi, aut artem ſacrificandi, ſi quis haberet, ad Prætorem transferret; & nè quis alio
B ritu, quam Ethruſco ſacrificaret, prohibuère: quod edictum à Prætore, & Senatu Romano confirmatum eſt. Vulterrana plebes Tito Perſio Magiſtro Equitum duce, qui captiuus Pœnorum fuerat ad Cãnas, & ab Annibale liberatus, libertatem contendebat, & Romanorum Seruitutem abhorrebat. Præſes, & Senatus pro Romanis erant. Titus legatus Annibalem adijt; à quo apud Tarentinos auditus cum donis remiſſus eſt: imperat Annibal Bomilcari, vt Vulterranorum defectionem curaret: Verum Titus Vulterram reuerſus, à lictoribus captus in cuſtodia occiditur.

CIↃ CIↃ IↃC XLVIJ. Lucio Arennio Præſidente, & Milites, & frumentum ſuperbè à Romanis petuntur: ab Arretinis, & Populonienſibus, & Vulterranis, &
C milites, & frumentum negantur. Appius Conſul in Thuſcos Cneum Fuluium cum militibus ad frumentum extorquendum mittit, qui ex Senatus conſulto reuocatur. Publius Cornelius Vulterram miſſus, qui frumentum emeret. Publius vulterranis affirmauit, frumenti ſolum ad recuperandam Capuam Romanos egère, & Capuam pro Vulterranis à populo Romano recuperari. Frumentum venditum: Romanorum Naues onuſtæ à vada diſcedentes ad Portum Tarentinum applicuère. verum hoc non contenti Romani frumentum, milites, & pecuniam, ſpe potiundi Capuæ, à vulterranis extorquent, plebe indignante, & arma mouente. Senatus Romanus Mutium Prætorem ad ſeditionem ſedandam miſit, qui parum abfuit, ne a . . . . plebis occi-

dere-

deretur: is Arretium se contulit, vbi crude . . . . um ROMA-
norum exercuit. MILITE . . . . untur . . . . .
. . . . vnica tantum Nauis . . . .
vadam a . . . . remissa.

Libri Primi Finis.

A

B

C

ETHRVSCARVM
ANTIQVITATVM FRAGMENTA
LIBER SECVNDVS.

A

Ne te vexet, quod multa in frusta concisa reposuerim; nam ita faciendum erat: quarè ita, ego scio Prosperus Augur; tu ita accipe, & vale. Reliquum Romanæ Historiæ inuenies si quæres.

LXXX VIII. *Scarith Die iij. Iunij.* MDC XXX VI.

ROMA·PRIMVM·ROMAM·ÆDIFI
CAVIT·EA FVIT·ATLANTIS·FILIA·
TVM·PELASGI·POST·MVLTA·PRÆ
LIA·CVM·THVSCIS·LATINISQVE
COMMISSA·OCCVPATAM·SIBI·AD
DIXERVNT·TANDEM·LATINI
BREVI·RECVPERARVNT·TIRRE
NVS·THVSCIS·SVBIECIT·TAR
CON·LATINIS·RESTITVIT·EVAN
DER·NICOSTRATÆ OPERA·POTI
TVS·EST·ÆNÆAS·VICTIS·LATI
NIS·LAVINIOQVE·ÆDIFICATO·AV
XIT·EMATIVS·DIOMEDIS·DVX·
REGNANTE·ASCANIO·DESTRV

B

C

xit. Auentinus Latinorum Rex in arcem reductam muniuit. Thusci, Alba, capta, à fundamentis demoliti sunt. Amulius Regno Latinorum occupato, Iliam Numitoris fratris filiam, Vestæ dicatam consecrauit; ipsa Marte; vel vt alij credunt, Pico sorore Numitoris genito, fœta, Romulum, & Remum partu-

riuit: ;eos Amulius ad Tiberis ripam exponendos decreuit: eos, vt aiunt, à Lupa lactatos, Faustulus pastor reperit: Laurentia vxor nutriuit: demum inter ipsos, & Numitoris pastores de pascuis dissidio exorto, quosdam ex ipsis occiderunt: Remus captus est; Faustulus, vt adolescenti vitam seruaret auo eos detegit: Amulius, licet Numitor omnia celaret, omnia tamen cognouit, magno timore perculsus est, nè populi rumor excitaretur, iram dissimulauit; Numitorem eo magis veneratus est. Romulus Regis iram veritus, in Thuscos Vulterram aufugit; eum Elbius Maurus domi recepit: Ciuitas ciuilia bella, & seditiones, quibus vexabatur, eius opera deposuit. Vulterrani ei contra Amulium equites concessére; eum Senatoria dignitate donauère; exulibus præter ijs, qui contra patriam arma sumpserant, vt ipsum quoquò vellet sequerentur, permissum est. Amulius occisus. Numitor in Regnum restitutus fuit. At Romulus, & Remus locum ijs, qui se secuti fuerant, & sedes, quas incolerent dare censebant; nè inter Albanos manerent, ipsi Albani obstabant, etenim ipsorum quam plurimi exules erant, Ciuitatem ædificandam constituunt: locus non conuenit. Remus Montem Auentinum; Romulus eum locum, vbi Roma Romam construxerat, eligendum instabat. Accitus Vulterra Augurum Magister Forcus Meremius Arretinus, qui Augurijs litem dirimeret, pro Romulo sententiam dixit. Quidam Forcum pecunia à Romulo corruptum; quidam verò verè Romulo xij. Vultures, Remo vj. apparuisse affirmarunt: Remus tamen Romulo iratus à Celere, qui Romulo fauebat, occisus est: ille Vulterram aufugit, Vulterrana Ciuitate donatus est. Interim Romulus ad Senatum Vulterranum, & ad Lucumones Perusinum, & Arretinum, Legatos misit, qui peterent homines, per quos Ciuitas ædificaretur, obtestans, se Thuscorum socium semper futurum. Vulterrani Architectos, & Coloniam, quæ ex cIↄIↄccc fortissimis viris constabat; sub ducatu Lucæi Petronij misère: idem Perusini, & Arretini fecère. Inde qui subditos sibi populos religionem, & scientias docerent per Legatos jv. postulauit. Quod, dissidentibus inter se Vulterranis, vix ei concessum fuit. Vnum ex duodecim Sagis, tres Senatores, quinque Augures, duo Sacerdotes alterum Martis, alterum Iani, quinque ex populo, omnes viros prudentissimos, ab Ethruscis missos honorificentissimè recepit Romulus. Id Latinos tædio affecit: etenim Romulus pluris Thuscos, quam Latinos æstimare visus est. Ciuitati muros circumduxit; eam priori nomine ROMAM vocauit. Iterum Vulterranos, & omnes Thuscos missis legatis, vt se suæ Ciuitatis, si non perpetuum Lucumonem, saltem Coritum crearent, orauit. Senatus Vulterranus Vulterræ, Lucumon autem Perusinus Pirgi Concilium indixit. Patr- * * *

Romanę

Romanæ Historiæ partem hic repono ego Prosperus Augur.

XCIII. *Scarith Die xx. Iunij* MDCXXXVI.

A

. . . es nullibi conuenère; igitur cum propter dissensiones non posset haberi Concilium, à Celere, vt Romulo satisfieret, vnà cum duobus Legatis Vulterranis, & tertio Perusino itum est in vniuersas Thusciç Ciuitates ad colligenda eorum suffragia, qui concilio interesse debebant. Romulus tandem Thuscorum Coritus declaratur; ipsi locus in Concilio post Rhetiorum Legatos concessus: id à Veientibus solum non probatur. At creato Romulo Corito, Scriba, tresque Augurum socij Romam missi: Ij Romulum Coritum, vt mandatum fuerat constituerunt. Romulus inde eos à se discedere non est passus, sed ipse Vulterram petijt; ibi inter Augurum socios connumeratus est: vt Romæ paruum quatuor Augurum Collegium institueret obtinuit; at ea conditione, vt ipsorum numerum nunquam augeri posset; ipsis nullus, qui non esset ex numero Augurum Collegij Vulterrani, subrogari posset. Romulo per Pontificem Maximum, Præfectum, & Magistrum Augurum ante fores Sacratissimi Templi Magni Esaris, lituus solemniter datus est, atque simul leges, quas in fine adnotabo. Romulus Romam reuersus Ethruscas leges populo denuntiauit. Potitios Herculi sacrum facturos aduocauit. Sed nè Ciuitas vacua esset, exulibus, & refugis, vt ad Romam incolendam commigrarent, indulsit. Id Thuscos omnes affecit, Veientes præsertim, & Fidenates, qui, quod finitimi essent, multa damna ab exulibus perpessi sunt. Id causa, & origo discordiarum fuit inter Thuscos, & Romanos. Romulus vna cum Ethruscis Auguribus centum Senatores elegit, & imperium suæ Ciuitatis, quod Ethruscum referret, ordinauit. Hoc solum distabat, quod pro Lucumone se Coritum appellabat, lictoribus stipatus incedens, & eam familiam retinens, quam Lucumones solerent. Ita creuerat Roma. At citò sine feminis defecisset. Coritus, Augures, & Senatores finitimos populos per Legatos orant, vt ad se feminas mittant. Vbiq; despecta legatio. Thusci autem, qui prius Romanis fauebant, se ad flagitiosorum hominum asylum suas feminas non missuros respondent. Vulterrani Legatos nec recipiunt; id autem, aut ipsorum discordijs, aut insolentia factionis Cecinnæ, quæ tunc maximè præualebat, processit: quarè desperatis Romanorum rebus nouo iure copulandas sibi feminas decretum est. Talassius Augurum scriba solemnia Neptuno sacrificia publicanda consuluit. Coritus, cçteri Augures, & Senatores id approbant: ludos, & pompas apparant. Illuc finitimi populi accurrunt. Spectaculorum tempus, vt primum adfuit, Saga veste indutus Talassus Consualem Aram detegit. Tunc iuuentus feminas rapit. Ludos rumor turbauit: fæminarum itaq; patres, & consanguinei domum reuersi, Romanorum iniurias vlcisci decreuerunt. Inito igitur simul fœdere Ti-

B

C

M ij tum

tum Tatium Sabinorum Regem ducem conſtituère. Id ad Romulum peruenit:
XCVII. ipſe per Legatos audaciæ veniam petijt; neceſſitate compulſos id Roma-
Scarith nos egiſſe probauit. Hoc nihil profuit; Legatos Romulus ad Thuſcos miſit,
Die xvij. bellum ſibi indictum, & cauſam illis edícit, ſe, vt ſua ipſorum cauſa defendant,
Iunij. expoſcit. Cærites, Volſinij, Saturnienſes, Tarquinienſes, Sutrini, & . . .
M DC XXX VI.

A

Teatia pars Romanæ Hiſtoriæ, quam hic repono, Romuli mortem declarat.
Proſperus Feſulanus

. . . . peſini quam citiſſimè Romulo ſub duce Anco Celio, Cęritum Lucumone opem ferunt. Cenninenſes interim, Cruſtumini, & Antemnates, cum diuturnam (ut ſibi videbatur) Titi moram ferrè non poſſent, ipſi arma mouerunt: ipſi à Romulo, & Anco victi fuère. Coritus Romanus Aſnus, cuius diſcedentis Oſnus Sporius munus ſibi vſurpauerat, apud ſe cum ſuis manère voluit; cui, magna parte populi à ſe deuicti ei tradita, montem, qui poſtea ab ipſo Celius dictus eſt, incolendum conceſſit. Titus autem cum tres annos quieuiſſet, bellum mouit; & arcem Romanam occupauit. Id audiens Lucius Ga-
B leritus, qui plebis auxilio Vulterranos Nobiles deuicerat, & ſe Lucumonem conſtituerat, Arbanum filium cum nõnullis militibus Vulterranis, Feſulanis, & Ruſſellanis in auxiliũ Romuli miſit: qui cum Tito inito fœdere, Sabinos Romam incolere voluit. Lucius interim Vulterranus Lucumon à Nobilibus eiectus fuit: hic ſe Romam recepit; Romulum, vt ſibi ſuiſq; locum incolendum concederet, orauit: Montem, qui hodie Quirinalis vocatur ipſis decreuit; Thuſcorum omnium, qui illúc conuenerant, ipſum curam gerere voluit. Igitur ſic auctæ Ciuitatis Romanæ à tribus viris Imperij gubernacula ſuſtinebantur, à Romulo; à Tito, à Lucio. Ipſi Vrbem inſtituunt: ipſi Equitum tres Cohortes eligunt: prima à Romulo Romulenſis; altera à Titio Titienſis; tertia à Lucio Lucera eſt appellata. Galeritus occidit. Tatius à quibuſdam Romuli neceſſarijs ipſius Romuli permiſſu, qui ſolus imperium ambiebat, fuit occiſus. Apud ipſum
C vnum Romulum ſumma imperij deuoluta eſt: is ſatis ſuperbiens pro Corito ſe Regem conſtituit. Id Thuſcis omnibus per quam moleſtum fuit. Vulterrani, Peruſini, & Arretinus Lucumon, vt Romulum Coriti dignitate priuarent, Thuſcinati Concilium indicunt. Nullus illúc conuenit. Populi, & Coloni de his tribus populis, at in primis de Vulterranis quærebantur; quod in detrimentum Thuſcorum Romanæ magnitudinis auctores fuiſſent: quarè reliquæ Ciuitates contra tres iſtas coniurauerant. Fidenates ob id non ſolum, verum ob multa damna continuò illis à Romanis illata, contra ipſos arma ſumunt. Plerique amicorum Romuli præſertim Mauri de his Thuſcorum motibus eum

cer-


certiorem faciunt ; nè vetus fœdus, & amicitiam cum Thuſcis dirimat, hortantur. Ipſe nihil reſpondit. Nobiles Vulterrani ſocios Collegij, qui Romam miſſi fuerant, reuocandos inſtabant: nihil actum: Præfectus, & Magiſter Augurum id reſpondent;Quod legibus, & Augurijs Collegium confirmaſset abrogari non poſſe. Fidenates agrum ROMANUM depopulantur. Romani eos perſecuntur, & deuincunt. Finitimi Thuſci cum prælium inter Romanos, & Fidenates commiſſum audiſsent, contra ROMANOS inſurgunt ; at præſertim Veientes, qui Romam vſque excurſionem fecerunt ; ipſi præda onuſti Veios reuertuntur. Romulus Tiberim tranſgreſsus, exercitu comparato, in Veientum agrum ingreſsus eſt: Veientes obuij facti cum ipſo dimicant ; fugantur ; tandem induciæ firmantur. His victorijs inſoleſcentem Romulum Nobilium ROMANORUM, & præſertim eorum, qui è Sabinis venerant,in ipſum odia clam domi ſuæ è medio tollunt, & ſepeliunt. A

Mortuo ROMULO ROMANI Sena- * * * *

B

Ego Proſperus repono præclariſſima Monumenta. C

XYXIII.
Scarith
Die xxv.
Iunij.
MDCXXXV



XXIII.
Scarith
Die viij.
Iunij.
MDCXXXV

Hæc præclarissima Vulterrana monumenta custodi Prosperus custos arcis.

CVM OPTIMA LEGE SANCITVM SIT VT OMNES
QVI ETHRVSCORVM IN COLLEGIO OLIM ANTIQVIS
SIMIS TEMPORIBVS ETHRVRIAE QVAE HODIE VVL
TERRA NVNCVPATVR. QVÆ EST PRIMA INTER
ITALIAE CIVITATES. AVGVRIBVS ARVSPICI
BVSQVE FVNDATO AD SCRIPTI SVNT. AVT
ALIQVOD VATICINIVM AVT MONVMENTVM.
AVT HISTORIAS. VEL QVID ALIVD POSTERIS
RELINQVANT. EGO QVINTVS VALERIVS PATRI
TIVS ROMANVS VVLTERRANIS OPTIME MERITIS
NON INGRATVS. QVI QVAMVIS ROMANIS ALI
QVANDO FVERINT INFESTI. ATTAMEN ROMANAE
MAGNITVDINIS POTISSIMA CAVSA FVERVNT NAM
NON SOLVM ROMVLVM EORVM CORITVM FECERVNT
VERVM AD VRBEM ROMAM AEDIFICANDAM ET
AVGENDAM ARMIS OPERIBVS ET HOMINIBVS IVVERVNT
TRES COLONIAS ROMANIS CONCESSERVNT. NOS SACRAS
CEREMONIAS MAGISTRATVVM INSTITVTIONEM ET VENE
RATIONEM. ET MILITARES RITVS DOCVERVNT. DECEM
NOSTRORVM QVAMVIS INIMICI ESSEMVS IN SVVM IPSO
RVM COLLEGIO SEMPER BENE IONERE CEPERVNT ET IN
STRVXERVNT. ATQVE ME AVGVRVM PRAEFECTVM
IN SEX ANNOS CONSTITVERVNT CIVEM ET SENA
TOREM VVLTERRANAE CIVITATIS ELEGERVNT
QVARE QVAEDAM AB ILLIS PRIMVM INVENTA
NOTATA RELINQVERE CVRAVI. AB ETHRVSCIS IN
VENTA SVNT SACRIFICIA. ARAE. TEMPLA. CEREMO
NIAE SACERDOTES. DIVINATIO ARVSPICES AV
GVRES FOSSA POMERIVM. VRBES MVRIS CINGERE.
NVPTIAE REGNVM REGNI INSIGNIA: FASCES SECVRES
LICTORES. SELLA EBVRNEA. ANNVLI. PRAETESTAE
SENATORES. ORDO EQVESTER AGRICVLTVRA. ATRIVM
COLVMNAE. MILITIA. LVDI. PVGILLARES. IN CORTICE
ARBORVM SCRIBERE. CHARTAM EX LINTEOLIS CONTRI
TIS CONFICERE OBSERVATIO ASTRORVM IN NAVIGAN
DO. NAVIGATIO HASTA. PILA PRAETORIVM CVRIA
ET ALIA MVLTA QVAE BREVITATIS CAVSA OMITTO
Q. VALERIVS FLACCVS AVGVRVM PRÆFECTVS
VVLTERRAE IN COLLEGIO SCRIPSIT.


A


B

C

A *Cortex ex solidissima materia, quæ ab igne defenderet: cum plures diuersiq; cortices circundabant.*
b *Vacuum, in quo sequentes scripturæ asseruabantur.*

VI.
Scarith
Die x. Ia-
nuarij.
MDCXXXV






A

B


C

A



B

C



A


B


C

A

B

C






A

B


C

A



B

C




A

B

C


A



B


C

A



B

C


Mezentius ethruscor rex quod in plebem & in patres
crudelis in sacra inreligionem & in ipsos deos impius esset
uniuerso pop. agente e regno pulsus est quare generale
concilium indicitur;
conuenientes igitur uulterram ex singulis thusciae
ciuitatibus ex primoribus octo nouas leges sanciuere &
ut singulis annis lucumones XII singuli ex singulis urbibus
crearentur statutum est: qui ut de summis arduisq.
rebus agant quandoq. simul conuenirent
primus uulterranus lucumon fuit Tallus olanius
Arui iunonis sacerdotis filius hic ut mezentius eii
ceretur auctor fuit:
hoc anno uulterrani qui et htuscor. uocabulo decoran
tur ad littus tyrrheni maris thuscinari oppidi fundamen
ta iecere. tum ennio Uero uulterranas rates ducente
multa siculor rura diruta sunt
sequenti anno Ancus atriarius lucumon electus thusci
nati aedificationi studuit
ad finem anni conuenerunt lucumones ad Caerem et thusco
exercitui contra umbros eundem ancum praefecerunt quos ter
fractos compulit tandem ut sese thuscis dederent atque illuc
V colonie misse cum DL uulterranis
sequens annus habuit uulterranum lucumonem Lartem petronium
tunc in Ligures pugnatum est et intra Vimenses sub thuscor.
ditionem sunt redacti cum pro uulterranis Antius rolleius Fesulanus
copias duceret.
demum ethruscor. armis in insubres uexsis biennio a nouorum
lucumonum electione abstinuerunt. circa finem biennii insubreb.

A

B

C

MEzentius Ethruſcorum Rex, quod in plebem, & in patres crudelis, in ſacra, in Religionem; & in ipſos Deos impius eſſet, vniuerſo populo agente è Regno pulſus eſt: quarè generale Concilium indicitur.

Conuenientibus igitur Vulterram ex ſingulis Thuſciæ Ciuitatibus ex primoribus octo nouas leges ſanciuère; & vt ſingulis annis Lucumones xij. ſinguli ex ſingulis vrbibus crearentur ſtatutum eſt: qui, vt de ſummis, arduiſq; rebus agant, quandoque ſimul conuenirent.

Primus Vulterranus Lucumon fuit Tallus Olanius Arui Iunonis ſacerdotis filius: hic, vt Mezentius eijceretur auctor fuit.

Hoc anno Vulterrani, qui Ethruſcorum vocabulo decorantur ad litus Tyrreni maris Thuſcinati oppidi fundamenta iecère. Tum, Ennio Vero Vulterranas rates ducente, multa Siculorum rura diruta ſunt.

Sequenti anno Ancus Atriarius Lucumon electus, Thuſcinati ædificationi ſtuduit.

Ad finem anni conuenerunt Lucumones ad Cærem, & Thuſco exercitui contra Vmbros eundem Ancum præfecerunt; quos ter fractos compulit tandem, vt ſe ſe Thuſcis dederent; atque illuc vj. Coloniæ miſſæ cum IↃL. Vulterranis.

Sequens annus habuit Vulterranum Lucumonem Lartem Petronium: tunc in Ligures pugnatum eſt; & intra vj. menſes ſub Thuſcorum ditionem ſunt redacti, cum pro Vulterranis Antius Rolleius Feſulanus copias duceret. Demum Ethruſcorum armis in Inſubres verſis, biennio à nouorum Lucumonum electione abſtinerunt. Circa finem biennij Inſubribus bello ſuperatis, electus eſt Vulterranus Lucumon Lucius Tombleius ex antiquo Veibeni genere: hic Thuſcinatum perfecit; quò duo millia hominum miſit, qui illud incolerent. Verum quoniam, qui conſcripti fuerant implebant numerum IↃↃ. ſorte delecti fuère duo millia: quorum auſpicijs noua Colonia fundaretur: his Oſcum Tombleium præfecit Senatu id permittente. Augures prædixerunt, Oſcum nunquam rediturum: quibus pater reſpondit. Malo mortem honeſtam filij quam deſidioſam vitam. Is, cum mare parua rate conſcendiſſet, vndis abſortus eſt; quem Thuſcinates inter Diuos retulerunt. Eodem anno in Inſubres CIↃ xvj. homines deducti ſunt à Tito Vulturnio Vulterrano, qui nouam Coloniam conſtituerent.

In ſequentem annum creatur Lucumon Vulterranæ Ciuitatis Anius Moriconius. Is Aruntis Lucumonis Feſulani, & Lartis Lucumonis Cluſini auxilijs fretus Ethruriæ imperio quicquid continetur à Tiberi vſq; ad Padum. Tandem hoc agente Thuſci vtriuſq; maris potiti, eum veneno abſumptum vidère.

Vulterrani duas colonias misère; quæ cum Feſulanis, & Arretinis Mantuam auxère: ipſi Veronam ædificare cæperunt.


Moriconio igitur, cuius dominium biennium durauit, mortuo, conſtituitur nouus Lucumon, Luccius Verus; qui numeratos ſibi ſubditos populos demptis minoribus, & fęminis comperit eſſe ad CCCCIↃↃↃↃ. ex quibus tria millia miſit trans Apenninos: hi ad Lacum Larium multa Caſtella condidére; quod, & in Valle Volturrena fecerunt: his Lucumonem alium dedère, qui Vulterranis in omnibus parere teneretur.

Interim Mezentius, qui ſe ſe Cærem receperat, quatuor ex primis Ciuitatibus à Thuſcis defeciſſe pecunia, & per fraudē fecit: quarè Ethruria diuiſa in partes, Lucumones non conueniebant ſimul, vt antea: ſed Lucius Verus triennio

gubernauit, & ſemper nouas Regiones trans Alpes acquirebat. His temporibus moritur Volturrenus Cecinna, qui Vulturno in Campania præerat, verè in armis, & in auſpicijs prudentiſſimus.

Octo Lucumones, qui remanſerant pro Ethruſcis conſtituunt Tarcontem ducem belli contra Mezentium, quem Cærites perterriti iterum expulerunt; quarè ad Rutulos confugit, qui tunc bellum mouerant contra Ænæam Troiugenam. Is tunc in Italiam aduenerat, & in Latium ſe receperat.

A Hæc omnia Ethruſcis characteribus conſcripta à Tito Lartis filio, ego Elbius Vulterranus de eadem Familia in Latinum verti, nè tam præclara Ethruſcorum monumenta perirent ob iacturam quam patitur Ethruſca lingua.


Ethurſcorum imperium propter ciuiles diſſen
ſiones lucumonib' perpetuis tyrannis factis
proſtratum uidiſſet ethruria niſi Pytha
goras huic malo ſanctiſſimis legibus
B occurriſſet ... hic ut thuſci principes
in unum locum conuenirent fecit
atque ſtatutum eſt ut ſenatus cuius
libet ciuitatis ſibi eligeret unum lucu
monem aut ad tempus aut perpetuum
qui res ſerias et arduas non cognoſce
ret. nec eas quæ ad omnes thuſcos per
tinerent: ſed has generale concilium di
C gnoſcat. uerum quælibet ciuitas ſuos
populos gubernet
igitur uulterrani ſenatores conueni
entes in templum martis elegerunt lucu
monem in decem annos Aſurem mau
rum. eo uulterræ imperante ſuperantur

THVSCORVM imperium propter ciuiles diſſenſiones, Lucumonibus perpetuis Tyrannis factis, proſtratum vidiſſet Ethruria, niſi Pythagoras huic malo ſanctiſſimis legibus occurriſſet. Hic, vt Thuſci Principes in vnum locum conuenirent fecit: atque ſtatutum eſt, vt Senatus cuiuſlibet Ciuitatis ſibi deligeret vnum Lucumonem, aut ad tempus, aut perpetuum, qui res ſerias, & arduas non cognoſceret; nec eas, quæ ad omnes Thuſcos pertinerent: ſed has generale Concilium dignoſcat: verum quælibet Ciuitas ſuos populos gubernet.

Igitur Vulterrani Senatores conuenientes in Templum Martis elegerunt Lucumonem in decem annos Anſurem Maurum. Eo Vulterræ imperante ſuperantur trans Padum à Gallis Senonibus Coloniæ Thuſcorum. Trium Prætorum Magiſtratus primo creatur. A

Huic in decem alios annos ſuffectus eſt Metius Pomarius. Actum eſt, dum hic dominaretur generale Concilium apud Ruſellas, in quo delibeatum auxilium Veientibus contra Romanos præſtandum. Voſcus Voluſius conſtitutus eſt dux Vulterranorum.

Completum eſt illud præclariſſimum Templum Voltumnæ, tutelaris Deæ Thuſcorum.

Poſt huius imperium Lucumon eligitur Pomponæus Vulturrenus. Hoc decennio Ethruriæ nihil memoria dignum accidit.

Subſtituitur autem Pomponæo ſenior Antius maurus, Aruſpicum magiſter. Hic templa martis, Herculis, & Iani reſtauranda, & ornanda curauit. Ludos in honorem Iunonis inſtituit. B

Vultraij templum Dianæ ædificauit; arcem eius caſtri muniuit; quam ipſe imperij ſui anno quinto reædificauerat, cui præfecit Eſarcum filium: ipſe vero, cum à Concilio quod Arretij habitum eſt, dux contra Gallos Senones eſſet electus, eis per Sacerdotes Martis iuxta morem, & religionem Thuſcorum bellum indixit: ſed viij anno improuiſa morte ſublatus eſt.

Optimo igitur Principi Herculem alterum filium ſubſtituunt; qui in Gallos inuadens breui eos ſuperat, & trans Eridanum amnem compulit.

Is ità ſe geſſit in principatu, vt meruerit à Vulterrano Senatu in x. alios annos confirmari. C

Innouata eſt ſocietas, & amicitia cum Romanis, quam Vulturrenus pridem inierat cum Lucio Tarquinio Priſco eorum Rege.

Succeſſit in principatu Arippus Voluſius: hic Titum Cecinnam Herculis Sacerdorem, qui Romanos auguria doceret Romam miſit; & quindecim Architectos, qui ædificarent Templum Termini.

Poſt huius principatum Senatoribus in electione Lucumonis diſcrepantibus Vulterra fuit ſine Principe menſes xviij. ſed Senatores ſeparatim populos

rege-

regebant; nam ipsorum singuli dies xv. imperabant: tandem furentibus animis plebis, & arma mouentibus ex Veientibus asciuerunt. Ascum Romnium, quem Lucumonem constituerunt: is quod aduena esset nobilibus, & plebi exosus spontè se principatu abdicauit, & in fines suos reuersus est.

Vt primum hic discessit, Turrenum Pomarium eligunt Senatores, belli, pacisq; obseruantissimum. Ipse Vulterræ honorificentissimè recepit Tarquinium superbum, olim Regem Romanorum, auxilia postulantem.

A Apud Clusinos conuenientibus Lucumonibus, vbi in generali Concilio Lartes Porsenna declaratus est dux contra Romanos generalis totius Thusciæ: At pro Ethruria, quæ est Vulterra, Thusciæ omnis caput, electus est dux Aruns Maurus. Tunc Thusciæ Ciuitates, & populi vsi sunt insignibus differentibus. Obsederunt Romam: tandem facta inter eos pax. In Aricinos pugnatum est: sed, Lucumonibus, & Thuscis ducibus inter se non couuenientibus, Aricini victoriam sunt consequuti.

Post Turrenum Annius Atriarius eligitur, homo admodum crudelis. Fuit maxima annonæ caritas; quæ causa fuit ciuilium discordiarum inter Veros, & Cecinnas, quæ plusquam ccc. annos dormierant. Cecidit Lucius Verus; quarè plebei omnes furebant in Lucumonem, & Senatum pro Vulturre Lucij filio: tandem Vulturres ante tempus cecidit. Ipse Annius Atriarius per Ciuitatem à populo raptatus trucidatus est anno jv. sui imperij.


B

Hęc vt narrata sunt reliquit characteribus Ethruscis conscripta Lartes Aruncus Lucumon, qui fuit post ipsum Annium Atriarium, quorum plurima ipse vidit. Ast ego ad hoc à Senatu electus in Latinum verti, vt ipse voces Ethruscæ sonant.

Mutius Moriconius ex Castro Scornelli, quod est oculus dexter Vulterranorum, sicuti alter oculus est Castrum Vultrai, fideliter scripsi.

C

Thusci


thusci uictis gallis sub duce messio licinio arre
tino lucumone ob partam uictoriam pa
ce gaudebant quando inopinata defe
ctio thuscinati uult: turbauit causa fuit
rebellionis L quintius senator uulterra
nen: illius ciuitatis praefectus nam ut qui
dam dicebant quod quintius iactabatur
se prognatum esse ex familia quintia ro
mana per lineam cesonis quintii ideo
egisse cum senatu rom: de tradendo exer
citui et militib' rom: thuscinato atque
etiam ciuitate uulter: tandem thu
scinates a uulterra defecerunt immo
usque ad castrum salinarum hostili
ter excursionem fecerunt ast lartes a
runcus uulterranensis lucumon cum
magna militum manu eos insecutus terga
uertere cogit et in oppido obsessos custodit
ipsi nunquam se uulterranensib' dedere

A

B

THVSCI victis Gallis ſub duce Meſſio Licinio Arretino Lucumone ob partam victoriam pace gaudebant; quando inopinata defectio Thuſcinati Vulterranos turbauit. Cauſa fuit rebellionis Lucius Quintius Senator Vulterranenſis, illius Ciuitatis præfectus; nam, vt quidam dicebant, quod Quintius iactabatur ſe prognatum eſſe ex Familia Quintia Romana per lineam Ceſonis Quintij; ideò egiſſe cum Senatu Romano de tradendo exercitui, & militibus Romanis Thuſcinato, atque etiam Ciuitate Vulterrana. Tandem Thuſcinates à Vulterra defecerunt; immò vſque ad Caſtrum Salinarum hoſtiliter excurſionem fecerunt. Aſt Lartes Aruncus Vulterranenſis Lucumon cum magna militum manu eos inſecutus, terga vertere cogit; & in oppido obſeſſos cuſtodit: ipſi nunquam Vulterranenſibus dedere voluerunt con- C

fisi in virtute Lucij, quam pugnando didicerunt; nam Lucius Quintius cecidit inhonestè. Pugnatum est: oppidum desolatum. multi cecidère Thuscinatium; Vulterranensium pauci. Lucius saxo percussus occubuit: concidère animis Thuscinates reliqui: se Larti dedère. ignotum est: Familia Quintia omnibus honoribus priuata est ad annos LXXX.

Post Lartem frater eius Alcus subrogatus est in eius locum. Thuscorum Concilium Perusij habitum: actum est de imperio augendo; nam milites bello assueti otio torpebant: & vniuersas Vrbes ciuiles discordiæ vexabant. Sutrinis bellum indicendum declaratum est; vt postea Romanis. Arretini soli
A restitère. Perusinus Lucumon declaratus est vniuersi belli dux. Pro Vulterranensibus eligitur dux Ancus Volumnius, quem cum Emilius Consul Romanus interfecisset, Thusci inferiores fuère. Mentius Pomarius in Anci locum successit; & Sutrinos inuasit; quibus penè superatis venit Quintus Fabius, alter Consul Romanus in auxilium sociorum. Hic Thuscos fugauit: transiuit per siluam Ciminam: magna ex parte Thusciam deuastauit: Thuscorum castra occupauit: cecidit Perusinus Lucumon, & Mentius Pomarius. Obsidione Perusium cepisset, nisi Cortonenses, Fesulani, Arretini, & Vmbri præstò fuissent. Perusini, Cortonenses, Arretini, & alij populi Legatos Romam miserunt postulatum inducias. Vulterranenses, & Fesulani, id sibi dedecori pu-
B tantes, assensum non præstiterunt.

Dormiens à proprijs seruis Alcus occiditur. Pro eo Senatus elegit Turrenum Cecinnam, Audacem multum. Is Thuscorum animos in Romanos incendit, exosus victorias, quas superiori anno Romani obtinuerant. Conuocato itaq; Vulterræ Concilio generali, ipse dux primus constituitur, magnoque exercitu comparato in fines Romanorum contendit: sed tum in conspectum Romani exercitus, quem Lucius Papirius ducebat, fuit ab vniuerso exercitu acclamatus, & coronatus Thuscorum Rex, licet inuitis Lucumonibus: ipse ita Romanos ad Lacum Vandimonis afflixit, vt facilè victorem se speraret futurum: & nisi superuenisset nouus miles vicissent Thusci, qui tandem victi fuère. Tum Lucius Papirius victor Romam redijt. Et hic Lucumonum finis.

C Vicerunt Romani Thuscos. Sed Vulterrani, & Fesulani noluerunt Romanis seruire; sed inita societate cum Vmbris, portas clauserunt ipsi Decio Consuli; atque eum sub ducatu Elbij Cecinnæ filij Turreni vsque Perusium sunt persequuti: sed ab Vmbris destituti se Romanis dedère.

Tunc Vulterræ imperium populare cæpit; nam plebes surgens contra nobiles, qui pauci propter bella erant relicti, quod se deceptam diceret, patritios omnibus honoribus priuauit; nouum Senatum ex plebeis creauit; Tribunos duodecim fecit, qui singuli singulis mensibus imperij gubernacula sustinerent: tunc bellum ciuile: Senatores XXX. & plures occisi. Arretini, & ipsi ea-

dem causa easdem seditiones patiebantur, quarè nobilium plurimi se Romam receperunt. Ob hanc igitur causam Thusci Romanis bellum iterum intulerunt, & quia absque consilio pugnauerunt, victi fuère, & remiserunt Romani nobiles Vulterranenses, & Arretinos in Principatum; plebis primores damnati sunt; indictæ per biennium induciæ; sed perseuerantibus in dissensionibus Vulterranis, Menippus Cecinna Princeps eo mense in Senatu duas Legiones Gallorum vocauit, quæ plebem terrerent: sed quidam dixerunt, eum per Gallos Regnum Ethruriæ attentasse, quamobrem Senatus illum morte damnauit: magna munera Gallis data, nè deprædarentur, & vt secum in Romanos decertarent: & conuenientes cum plebe eam in partem officiorum, & honorum vocauère, præter quam ad officium Præsidentis Senatus, quod nobilibus seruatum. Duces in Romanos constituuntur ex nobilibus Occus Moriconius, & ex plebe Altius Cencius: & maximum exercitum cogunt, ad quem conuenit totius Ethruriæ delecta iuuentus, atque etiam Vmbriæ, quod, vt cognouit Romanus Senatus, misit Lucium Cornelium Scipionem cum exercitu contra Vulterranenses. Scipio autem erat alter Consulum: post multos labores, & damna, quæ perpessus est, superueniente sibi Cn. Fuluio altero Consule, occupauit Pomarancium Castrum olim à Marancio Pomario ędificatum; à quo denominatur: hic Vulterranensis erat; & Castrum hoc ædificauit. Occupauit etiam Castrum Salinarum, & Tuscinatum: tum distributa militibus præda castra posuit ad radicem montis propè Thuscum exercitum. Sequenti die pugnatum est in eo loco, qui ob magnam cladem Romanorum cæptus est vocari Campus Romanus: durauit pugna vsque ad occasum: ceciderunt multi ex vtraque parte; sed plures ex Romanis. A B


Tunc si Vulterranenses duces non discordassent inter se dubio omni procul victores fuissent; sed ea nocte in Vrbem se recipientes spontè hostibus victoriam concessère. Heù nimium liberales Vulterranenses. Primo mane videntes Consules relicta castra ea occupauerunt, & inexpugnabilem putantes Ciuitatem Vultraium obsederunt, quod post xv. diem occupauerunt; non autem arcem: præda distributa, incensis Pomarancio, & Thuscinato discesserunt.

Ego Lucius Volumnius Vulterranensis Ciuis, & ex Ciuitate Ethruria, quæ à Vulterranis ædificata est ad Fanum Voltumnæ, & ex propriæ Ciuitatis nomine, quod charissima esset, Ethruriam dixerunt. C

A

B

C


Uictis tandem uulterranis a populo
romano uulterra municipium factum
uulterrani inter ciues romanos adscripti
fuere attamen propriis legibus uteban
tur & a semetipsis ciuitas & populi
subiecti regebantur: optimates & plebei
pariter magistratus administrabant sed
cum magna nobilium indignatione sicut
non post multos annos apparuit: nam
aulus maurus et lucius flaccus cum ma
gna caterua adolescentium intrantes
curiam plebeios omnes eiecerunt & ma
gistratus omnes nobilibus fuere restituti
uerum plebs indignata arma sumpsit cum
nobilibus decertauit qui uultraii castri
salinarum et cocciani colonum ope ui
ctores fuerunt: uerum plebei ad templum
iani secessere ibique concilia habebant

VICTIS tandem Vulterranis à populo Romano. Vulterra municipium factum. Vulterrani inter ciues Romanos adſcripti fuère: attamen proprijs legibus vtebantur, & à ſemetipſis Ciuitas, & populi ſubiecti regebantur: optimates, & plebei pariter Magiſtratus adminiſtrabant, ſed cum magna nobilium indignatione, ſicut non poſt multos annos apparuit: nam Aulus Maurus, & Lucius Flaccus cum magna caterua adoleſcentium, intrantes curiam, plebeios omnes eiecerunt, & Magiſtratus omnes nobilibus fuère reſtituti: ve-

rum

rum plebs indignata arma ſumpſit; cum nobilibus decertauit, qui Vultraij, Caſtri Salinarum, & Cocciani colonum ope victores fuerunt: verum plebei ad Templum Iani ſeceſsère, ibique Concilia habebant: inferiorem partem Vrbis plebes occupauit; nobiles autem ſuperiorem. Plebei igitur Pailum Nigrum, & Titum: Alerium Legatos ad Romanos mittunt, eorum auxilium implorantes, quibus perbenignè receptis, Aulo Cornelio Prætori negocium demandatur; qui cum Vulterram peteret, equo deiectus interijt; in cuius locum Cn. Fabius ſucceſſit; hic ab Aulo Mauro, alijſque nobilibus iuuenibus contra plebem coniuratis fuit occiſus: quapropter iterum cum plebe dimicatum eſt: plebes verò ſuperior fuit ob multitudinem; eiq; tandem optimates conceſsère, vt quinque Tribuni ex plebe crearentur, qui Senatus Vulterranenſis Præſidem confirmarent. A

Interim Caius Fabritius Conſul cum exercitu Vulterram aduentabat ad vlciſcendam Cnei Fabij mortem; quamobrem patres Vulterrani deterriti Legatos ad Feſulanos, Arretinos, Populonienſes miſerunt auxilium petentes; Vulturrenum Cecinnam Titi Præſidentis filij ducem fecerunt; qui magnis pollicitationibus plebem mitigauit: denique cum Romanis dimicauit propè Cecinam flumen, & ſuperatus fuit exercituſque fugatus: ipſe autem vulneratus in manus hoſtium deuenit.

Romani victores Caſtrum Salinarum occupant; deinde Vulterram verſus progredientibus ciues Legatos veniam poſtulantes obuiam mittunt: ſed Conſul ad Senatum reiecit: interim militibus Ciuitatem deprædandam conceſſit: & Aulo Mauro, & Lucio Flacco cum CLVJ. ex primoribus occiſis, magno præſidio relicto, Romam victor reuertitur. B

Quinque annis tranſactis iterum Vulterra ſeditionibus repleta eſt: nam cum Ethruſci Lucanos denuò viciſſent, contentio orta eſt inter Alcum Atriarium, & Nuccium Volumnium Vulterranenſes duces, quis eorum præcederet, quarè ad pugnam venerunt: ciuium alij Alco, alij Nuccio fauebant: tres ſupra ſeptuaginta Vulterranorum ceciderunt: vtriuſque domus, vt Caſtra cuſtodiebatur: hùc, & illùc amici, propinqui, clientes conueniebant; vnuſquiſque ſua concilia habebat: tandem Nuccius eiectus fuit; qui ad Caſtrum Cellulam cum ſuis ſe recepit, & poſtea ſolus ad Lucanos confugit: ſed non poſt multos dies Romam petijt; atque Senatum Romanum pro ſe, ſuiſque rogauit. A Senatu Vulterram ad Præſidentem litteræ miſſæ fuère reuocari Nuccium, ſuoſq; præcipientes. C

Vulterranenſes patres Romanis obtemperauerunt: Nuccius cum clientibus reuocatus eſt; immò in ſequenti anno à Senatu in Præſidentem eligitur, Atriario indignante, qui operam dedit, nè à Tribunis plebis confirmaretur.

Nuccius igitur sine plebis consensu rempublcam adminstrabat; quarè Alci ira magis creuit: tandem cum videret inter patres nihil proficere, à patribus, & Optimatibus ad plebem defecit; &, ex patritio popularis factus, sua consilia cum plebe communicare cæpit: tempus denique aduenit iamdiù ab Alco expectatum; & cum Patres in theatro ludos, Reginæ Iunoni fieri consuetos, spectarent, tumultum excitauit, & multa in Patres vociferatus plateam occupauit. Patres rumore excitati ludos dimiserunt. Præsidens Nuccius Lictoribus stipatus in Plateam venit, plebemque interrogauit, quid noui esset? quid
A peterent? quid vellent? Sed tacentibus omnibus, Lictoribus mandat, vt in vincula duceretur Alcus Eo coniecto in carcerem plebes tacita arma dimisit. Verum sequenti anno Arunte Flacco Persio Pręsidente ex Senatus consulto Alcus è carcere fuit liberatus: qui Nuccium ad singulare certamen vocauit, in quo vterque defecerunt; & sic seditio finitur.

Amuccius Volusius Vulterranensis scriba scripsit.

B *MAGISTER meus Esar in Vulterranensi Augurum Collegio Præfectus, cum eum maximè obseruarem, plura mecum de Vulterræ primordijs, vt ex antiquorum monumentis acceperat, disserens, vt vidit me antiquitatum studiosissimum, quæ supra in principio huius libelli Ethruscis charactēribus sunt scripta, libens mihi dedit cum hac conditione, vt ea nunquam latinitate donarem: quod & ipse à Magistro suo acceperat eadem conditione: nam & ipse à Neuio Magistro accepit iampridem eodem modo: hoc ita voluit, quia & Latinorum hostis esset, & quia ea preciosissima, quæ scribuntur. Nam à primis fundamentis Vulterrę, quæ communi vocabulo dicitur Ethruria, vsque ad eiectum Mezentium Regem omnia continent, quæ acciderunt.*

C *Hunc ego librum semper penes me habui charissimum; sed quia desperatam salutem video, voluntaria morte ad patres meos aditurus (nam melius est manus sibi consciscere, quam in manus hostium crudelium deuenire, & preciosissimam libertatem perdere) obsignatum tibi seruandum duxi: quarè terræ antequam fatis perfungar, commendandum putaui donec dies veniat.*

Si aliquando venerit, hunc tibi tanquam testamento relictum, & commendatum accipe, & cautè custodi. Atque hæc moralia præcepta à iam iam morituro tibi affectu paterno relicta præ oculis semper habeas, multum tibi profutura.

Deòs tuos time.

Diuos, licet antea fuerint mortales, venerari non te pigeat.

Sacra custodi.

Deorum cultui dicata tibi ne arroges.

San-

Sanctis Legibus ne detrahas.
Principes, & Magistratus, vt Diuos honora: sacri enim sunt.
In Magistratu grauis, in discendo humilis,
In docendo benignus,
In conuersatione sis iocosus.
Patriam non ingratam obserua, custodi, defende.
Ingratam fuge potius, quam offendas.
Parentibus nè desis; hoc ius naturæ est.
Amicus amicis. Vnum cole fidelem, qui tecum etiam cordis secreta communicabit.
Amicus verus auro preciosior. A
Amicum pecunia nè compares; nam pecunia aliquando deficiente amicus deficiet.
In bene de te meritos nè sis ingratus; vitium esset execrabile.
Si Magistrum habes, vt patrem ama, cole, obserua.
Maioribus audi.
Minores nè sperne.
Delinquentibus ignosce.
Errantes humaniter corrige.
Miseris esto misericors.
Ama parcè.
Virgo virginem ducas vxorem, sed honestam; an pulcra sit, nihil refert; cito enim senescet; pulcritudo transibit, honestas manebit. B
Si viduam amas; adde diuitias; alioquin nè ducas: animal pessimum est femina, maximè vidua.
Virgo si pulcra, si dives, si honesta fuerit, sed superba; Heù fuge, fuge, nec ei propinques; infelix viueres, si hanc duceres.
Virgo vagans raro probatur: Nimis loquax sæpe mala.
Mater si potest filios lactet; sin autem nutricem bonam eligat; honestam præsertim, maximè si feminam sit lactatura; hoc maximi refert; bibunt cum lacte infantes mores nutricis bonos, aut malos.
Nimis loquentibus nihil credas.
Noctu nè vageris; quia ferarum nox. C
Gloriam, honorem, vel imperium nè exoptes, sed cura, vt illis sis dignus.
Mane cum è domo egrederis, quid facturas sis, cogita.
Adhibe stateram locuturus.
Hæc si seruabis, te ipsum seruabis.

O si tecum coram loqui possem, præceptoris locum subirem. Multa præclara Ethruscorum facinora te docerem; nam te astra antiquitatum, præsertim Ethruriæ

studio-

Agnoscas licet in ipsis scripturis, quas inueni-- A mus, tremen tem scribentis dexterã, & ipsos Characteres vacillantes.

studiosissimum demonstrant. Romanorum nixus vanos efficerem. Ipsi enim inuidi, & impares æmulatores Ethruscam gloriam Scriptorum copia, vel inopia deprimere conati, id curarunt scilicet, & curant, vt decrescente Ethrusca Romana crescat, & magis splendeat.

Sed heu crudelia etiam fata obstant. Plurima scriberem quibus clarior foret Ethruria. Angustiæ vndique. Manus, quæ ad mortem properat, ferrum pro calamo commutatura, deficit. Sed tamen quod à cursu siderum cognoui, licet non firmis characteribus accipe vaticinium; & tanquam preciosissimum, & certissimum tibi serua. Tacitus considerabis; sic fiet, vt triduò, aut quatriduò intelligas.

Anno à Magno Rege DCCCC LX. uel circa, idest uno, aut altero.

Peregrina Aquila Vulterram.
Post annos vicinus Leo deuorabit.
Pastor aliquando de manu bestiæ liberabit.
Catulo custodiendam tradet.
Fiet canis, qui à Thuscis Lupos, Vulpes, Scorpiones arcebit.
Donec ex Vulterra imperium.

B

Ego Prosperus Fesulanus in Vulterranensi Collegio Augurum socius, & scriba arcis Scornelli custos, in eadem arce obsessus à Romanis, preciosa omnia vno, & altero seruo comitatus reposui. At seruorum malitiam veritus, qui aurum forsitan post mortem meam, aut ipsi diripient, quod potius vellem, aut Romanis tradent, quod iniquissimum, & immane sacrilegium: licet sacramento promiserint, tamen seruis non credo. Quarè hunc librum, multò præciosiorem auro, quod tibi necessarium astra promittant, solus in viscera terræ benè obsignatum coniiciam Tu inuentum custodi, & vale.

C

VII.

Scarith Die xix. Ianuarij. MDCXXXV

Romanis interitus. Ethruscis Gloria.

Hæc cornua aurea, quæ pro veris à Mutio Mauro substituta fuerunt in ara Dianæ ad Occidentem, relictis veris sub ara, quod tempus vrgeret, & salua putarentur, in arcem hanc sunt asportata; atque cum eis sacra omnia, & Templi supellectilia præciosa, vasa aurea, & argentea, quibus diues multum; nè hostes Sylla magis impij, ea furarentur; sicuti manibus sacrilegis sacra furati sunt in Templo Vestæ, quod est in castro, quod dicitur Farneta. Sylla enim Templum hoc, dum Castrum occupasset, & multa damna crudelis intulisset, non est ausus violare.

Demum desperata salute hic ea reposui, & ea omnia simul, quę ad Dianam pertinent, nè eis Romani potirentur.

Prosperus custos Arcis.

Arre-

Arretini senatores ob incommoda belli
punici et magna onera ab romanis im
posita ab romano imperio deficere cogitarunt.
quare litteras ad omnes thuscos miserunt eorum ani
mos sollicitantes. sed ad uulterranos A lici
nium et clementem alnorum legatos. quibus
curiam ingressis auxilium contra romanos
promissum. at uulturreinus cecinna unus
ex senatoribus c calphurnii familiaris ei rem
omnem patefecit. is omnia romanis. tunc ex
s.c. m. marcellus cos. desig. ex apulia in ethru
riam exercitum in arretinos et uulterranos legiones
distribuit ut ethrusci a defectione deterrerentur
sed contra accidit. arretini in dies magis ad tumul
tum et defectionem sollicitabantur. uulterrani
contra cecinnam tremebant. cos. cum exercitu ad
uentantem et propter calphurnium timebant
plebes cum patribus conueniebat calphurnio c
hostilius tibulus successit. uulterrani noua con
silia. cecinna se romam. a ulo flacco castri sali
nar. praefecto negocium datum ut clam mili
tes conscriberet illuc legati arretinorum perusia ex

ARRETINI Senatores ob incommoda belli Punici, & magna onera ab Romanis impofita ab Romano imperio deficere cogitarunt; quarè litteras ad omnes Thufcos miferunt, eorum animos follicitantes: fed ad Vulterranos Aulum Licinium, & Clementem Alnotium legatos; quibus Curiam ingreffis auxilium contra Romanos promiffum. At Vulturrenus Cecinna, vnus ex Senatoribus, Caij Calphurnij familiaris, ei rem omnem patefecit. Is omnia Romanis. Tunc ex Senatus confulto Marcus Marcellus Conful defignatus ex Apulia in Ethruriam exercitum; in Arretinos, & Vulterranos legio
A nes diftribuit, vt Ethrufci à defectione deterrerentur: fed contra accidit. Arretini in dies magis ad tumultum, & defectionem follicitabantur. Vulterrani contra Cecinnam fremebant. Cos. cum exercitu aduentantem, & Proprætorem Calphurnium timebant: plebes cum patribus conueniebat. Calphurnio Caius Hoftilius Tibulus fucceffit. Vulterrani noua concilia. Cecinna fe Romam. Aulo Flacco Caftri Salinarum Præfecto negocium datum, vt clam milites confcriberet. Illúc Legati Arretinorum, Perufinorum, Lunenfium, Populonienfium, & Vulterrani conueniebant: illúc defectionis Concilia habebantur: tandem defecerunt. Arretium centuriones cum militibus miffi. Id à Cecinnis nunciatum Romanis: itaq; Hoftilio mandatum eft, vt Vulterris præfidio relicto, Arretium cum Legionibus properaret. Hoftilio Caius Te-
B rentius Varro adiunctus. Horum opera Arretini obfides dedère. Terentius Hoftilio demandauit, vt Prouinciam omnem cum exercitu peragraret, nè noua Concilia defectionis orirentur. Perufini, Populonienfes fponte ad Romanos. Vulterrani biduo reftiterunt inter fe diffentientes. plebes inconftans Romanis militibus adhæfit; portas Hoftilio aperuit. Senatores vellent, nollent, Romanum exercitum in Vrbem tunc receperunt: obfides xc. dedèrunt. Caftri Salinarum coloni Romano victori reftiterunt. Septem principes defectionis, Senatores Arretinos apud fe retinuère. Eò multi Vulterranorum confugerunt. Hoftilius contra colonos exercitum. Poft tres dies Aulus Flaccus, Turrenus Maurus, Lucius Volufius, Ancus Moriconius, Accius, & Ennius Arunci Vulterrani patritij, & amplius cccc xxx. milites defiderati fuère. Primores
C Arretini ad Lunenfes. Quarè Coloni Caftri Salinarum Hoftilio deditionis legatos miferunt. venia iniquis conditionibus data; c. obfides dati. Tum ab ipfo Hoftilio (verè hoftis erat) fubftantijs fpoliati, à militibus depopulati, Vulterranenfium patritiorum bona publicata.

Verum paucis poft annis Vulterrani ad Magonem, qui tunc in Liguribus morabatur. Lucius Moriconius, Caius Atriarius ad Magonem legati honorificè cum nonnullis militibus remiffi funt. Plebes à patribus diffentiebat; nè nomina darentur obftabat. Milites Punici, nè magis tumultus excitaretur, ad Caftrum Salinarum miffi. Elbius Flaccus dux defignatus ad Ædem Martis

concionem habuit; plebem mitigauit; in Romanos incendit. Meuius Moriconius, & Marcus Caninius Castri Salinarum coloni Legati ad Vulterranum Senatum deprecantes, vt, si fidelissimos colonos saluos vellent, mœnia Castri, ab Hostilio pridem diruta, restaurarent; & Arcem ad loci custodiam ædificarent: tum pro Arce pecunia Salis adsignata est.

Igitur Nonis Mensis Martij designantur in medio Castri fundamenta Arcis. Postridie, dum foderent, in loco, vbi futura erat porta, inuenta sunt cornua Ceruina immensæ magnitudinis: quæ, cum ad sex cubitos sepulta essent, visum est omnibus prodigium. Statim hoc Castrum à Præfecto appellatum est Scornellum. A

Cornua Dianæ solemni ritu, & sacris ceremonijs dicata fuère. Ædificata Arce, Mutius Maurus primus Custos aurea cornua eorum loco posuit super Aram; & quæ inuenta fuerant subter Aram ad tres cubitos in Templo ipsius Dianæ; quod est extra Castrum ad Occidentem versus mare Tirrenum.

Hæc ego Alcus Filaccus annos natus nonaginta notaui, vt acta sunt, fideliter in Castro Scornelli, quod est patria charissima.

B

Ex xxxiv *Scarith. Die* xxx. *Iunij.* MDCXXXV

Castri Salinarum Coloni sub Duce Caio Ordio pro Veientibus contra Romanos. Ordius in Ianiculo à Seruilio Consule occisus. Ipsi Coloni paucis post annis pestifera tabe vexati: quarè ex Apenninis multi illùc missi, qui ipsum incolerent. Eos Marancius Pomarius secum duxerat. Hi post multos annos, vt ipsi Coloni in partes diuiderentur potissima causa fuerunt. Ipsi Salinienses iↄ.supra ciↄ.milites in Samnites, cum ipsi castro Ancus Velleius esset Pręfectus. Tum alios contra Gallos Senones. Demum inter se in ipso castro pugnantes Accius Tombleius Lucumon castigauit. Postea Lucæus Arcianius cum Saliniensium agmine Nepetæ concisus à Publio Valerio. Transactis sex annis aqua ita desiderata est, vt Salinæ nihil salis totos octo menses coquerent; id miraculum visum. Breui Boij bellum intulerunt: hi optima quæque ipsius Castri depopulati. Inde ad Cecinā Flumen Burnianēses, & ipsi Coloni pugnauère; coloni primū inferiores; sed Pomarancienfium auxilijs freti, multa damna Burnianis intulerunt: nec potuère Vulterrani obstare, cum & ipsi ciuilibus bellis detinerentur. Sequitur inter Lunenses, & Vulterranos bellum: Coloni castri Salinarum equites, & pedites quam plurimos misère. His ita gestis, ipsi coloni cum colonis Vultraij discordes, in ipsos arma mouère; sed Lucumon C


Vulterranus, rumoris duces capite plecti, imperat. Verum paucis interiectis annis Thuscinates sub ducatu Lucij Quintij à Vulterranis defecerunt, & vsque ad radices montis Salinarum fecère excursionem, multa damna inferentes, & omnia incendentes: at Salinienses obuiam illis prodeuntes, eos remorati sunt, donec Lartes Vulterranus Lucumon cum exercitu aduenit: hic eos fugauit; fugatos obsedit; obsessos deuicit; deuictis pepercit.

Ornus Moriconius dux agminis Saliniẽsium primus Sutrium intrauit; idem à Quinto Fabio trucidatus. Caius Volumnius Castri Præfectus Decij Consulis Romani milites repulit, qui, vt castrum occuparent, aduenerant. At Scipio Consul Romanus eos superauit, & licet biduo fortiter restitissent, tertia tamen pars Colonum cæsa; Castrum & Salinæ deprædata, & incensa: at (o mirabile prodigium!) castrum dum Vulterrani restaurarent, peste penè consumptum: attamen conuenientibus Vulterranis cum Romanis castrum, & Salinarum ædificia restituta; quæ cum toto triennio Sal nullum confecissent, tum id effecerunt, quod non Thusciæ solum, quæ salis inopia laborabat, sufficeret; verum Thuscinates naues multas singulis diebus onerabant sale, quod aliò ferrent. Demum Iunius Brutius Consul castrum occupauit; quod, simul & Vrbem sub Romanos redegit.

Hanc tertiam partem Breuiarij historiarum huius castri ego Lucius Arcianius Scornelli colonus, & conciliabuli Scriba confeci.

Numisma

Numiſma Argenteum caſu repertum die xxiij. Auguſti M.DC.XXXV.



A

Sequentes Characteres inciſi erant in plumbea lamina, quæ in quodam pręgrandi lapide pondo librarum circiter L. clauſa erat: qui lapis repertus fuit in fundamentis Scornellanę arcis prima die Octobris M.DC.XXXV. B


ANNO VVLTERRÆ CIↃCIↃIↃCLII
VVLTERRANO PRAES: L: PETRONIO
IN HOC LOCO INVENTA CERVI COR
NVA. DIANÆ DICAVIMVS. ET HOC
CASTRVM SCORNELLVM APPEL
LAVIMVS: EGO CAIVS QVIN
TIVS HVIVS CASTRI PRÆFE
CTVS HOC MONVMENTVM
POSVI

C

XXIV
Scarith
Die viij.
Iunij.
MDCXXXV

Primam partem verissimæ historiæ belli à Sylla gesti contra Vulterranos hic repono ego Prosperus. Reliquum huius belli quære alibi.

A


quamquam.non.uicti.sed.uicto
res.Laudandi.sunt.attamen.vul
terrani.qui.syllæ.uictori.roma
noque.exercitui.qui.orbem.sub
iugauerat.licet.ab omnibus.de
relicti et ab amicis.immo.ab.pro
prijs.ciuibus.proditi.sic.resti
terunt.ut.nisi.fames.eos.supe
rasset.nunquam.uicti.fuissent.
ideo ego.uospicus.atriarius.hanc
uerissimam.historiam.ad.perpe
tuam.posterum.memoriam.col
legio.augurum.dono.et.dedico.
sociale bellum.cum.quieuisset.

B

C

QVAMQVAM non victi, sed Victores laudandi sunt: attamen Vulterrani, qui Syllæ victori, Romanoque exercitui, qui orbem subiugauerat, licet ab omnibus derelicti; & ab amicis immò à proprijs Ciuibus proditi, sic restiterunt; vt, nisi fames eos superasset, nunquam victi fuissent: Ideò ego Vospicus Atriarius hanc verissimam historiam ad perpetuam posterùm memoriam Collegio Augurum dono, & dedico.

Sociale bellum cum quieuisset, Caius Marius, & Lucius Sylla Italiam omnem miserijs repleuère. Thuscorum alij Mario, alij Syllæ adhærebant: verum pleriq; Vulterranorum Mario fauebant: nonnulli nobiles Syllæ; inter hos primi Cecinnæ; nam illius affines erant: Menippus Cecinna eo anno Præsidens Senatus Lucium Flaccum, & Meuium Morico nium Senatores, quia in eorum agris aliquos Marianos recepissent (Marius enim eiectus fuerat) iniustè damnauit,

& plu-

& plures eorum amicos,& consanguineos è Ciuitate eiecit;ideò ciuium odium adeptus est: nihilominus in illo anno nihil noui accidit.

In Præsidentis munere Arcilius Velleius successit, qui (erat enim ex Marianis) vix Magistratu inito Senatum ad Menippum damnandum coegit, eum multis criminibus imputans, quæ verè nunquam commiserat. Tres viri capitales, aut timore Præsidentis, aut illius pecuniæ amore condemnandum esse approbarunt: Menippus autem Fesulam ad Ancum Fesulanum familiarem, & propinquum clam aufugit.

Romæ Gneus Octauius, & Lucius Cornelius Cinna Consules inter se dissentiebant; nam hic cum eos Italos, quibus nuper Ciuitas Romana concessa erat in trigintaquinque tribus tunc distribuere vellet, Octauius ei obstabat: Cinna tandem eiectus est; qui ad exercitum properauit, & Caium Marium ab exilio reuocauit: multis Italis scripsit hortans eos, & petens, vt sibi auxiliarentur: Vulterranis multa promisit, insuper omni onere eos liberaturum dixit. Arcilius Senatum ad Cinnam, & Marium tuendos orauit: multi obstabant: Aulus Maurus cum Præsidenti nimis audacter dixisset, quod Rempublicam Romanam, Patriamque proderet, capite plectitur; & eius bona publicantur. Sequenti die Arcilius populum vniuersum in Plateam ad Ædes Martis conuocauit; & simul exorauit, Caio Domitio adiuuante, qui Ethruriæ Proprætoris munere fungebatur,vt Cinnę faueret. Senatorum, qui obstiterunt alij occisi, alij exules facti sunt, alij sponte Ciuitatē reliquerunt. Augures hanc populi deliberationem non approbauère: Neuius Augurum Magister omnibus viribus, nè id facerent contendit; sed non auditus; quarè perniciem Ciuitatis vaticinatus est: quapropter à Præsidis, & Proprætoris ira vix tutus est. Milites scribuntur: Aulus Volusius, & Caius Cencius duces creantur. Linus Maurus Orchi Augurum Præfecti filius, cum esset Magister Equitum,& Præsidenti obtemperare nollet, Vadam aufugit; vbi captus in carcere molestia, & sollicitudinibus post tres menses mortuus est; quidam veneno dixerunt.

Coactus exercitus Quinto Sertorio, qui Vulterram aduenerat, tribuitur. Reuertitur Caius Marius. A Vulterranis summo honore Vadæ recipitur: verum subitò ad nauem redijt; & Romam versus progressus, post aliquos dies (tempestas enim in proxima litora reiecit)ad oras Tyberinas applicuit,& Cinnæ, Sertorio, Gneoque Carboni se coniunxit: Ostiam deuastauit: deinde Romam se contulit; vbi cum Pompeo decertauit: deinde ex Senatus consulto ingredi permittitur. Marius & Cinna se Consules creant; multos damnarunt; omnes aduersarios eiecerunt.

Sylla interim erat in Græcia, & nunquam discessit, donec hostes omnes non superauit; quarè multi ad Marianos transierunt. Marius moritur: Cinna, & Carbo Consules creantur.

Arci-

Arcilius à Vulterranis Præses confirmatur. In hoc anno nihil memorabile. Marcus Dorius Arcilio successit, qui alios milites præparauit: noua onera, & vectigalia imposuit.

Cinna, qui simul cum Carbone Consul confirmatus fuerat, à militibus occiditur: quidam à Menippo Cecinna occisum esse dixerunt; sed incertus rumor. Sylla in Italiam cum exercitu aduenit: multi nobiles Vulterrani, & alij ciues fautores vsque Capuam obuiam iuère.

A Successit Marco Dorio Vulterrano Præsidi Titus Quintius, qui duce Caio Norbano altero Romano consule exercitum contra Syllam misit. Multa prodigia secuta sunt, quæ perniciem ciuitatis Augures demonstrare interpretati sunt: quapropter Vulterrani timère cęperunt; & eo magis timebant audientes Syllæ victorias. Marcus Curtius Patritius Romanus, & Vulterranus Senator præsidens eligitur. Vulterrani Senatus sententia Thusci Senam ad concilium Generalę vocantur; quod, postquam à Romanis superati fuerant, nunquam factum est: multi ex Thuscis conueniunt, & contra Syllam deliberatum est. Magnus cogitur exercitus: multi ex Celtiberis, vmbris, & Liguribus à Vulterranis mercede conducti sunt.


B Caius Marius Iunior in Oppido prænefte obsessus fuit: Gneus Carbo, relicta Clusij Ethrusci exercitus parte, cum altera ad auxiliandum Marium cucurrit: verum à Marco Lucullo fractus, & fugatus est; quarè omnia desperans Vulterram redijt; postea Vadam se contulit; deinde nauem conscendit, & in Aphricam transfretauit.

Exercitus duces Ancus Velleius Vulterranus patritius, & Lucius Farsius Fesulensis apud Clusium cum Pompeio Syllanorum duce pluries decertarunt: denique superantur; similiter apud Saturniam pugnauère: vbi etiam Pompeius post multas clades acceptas superior fuit: tandem nostri duces in Vulterranos fines sese receperunt; quò multi Samnites, Picentini, & Insubres Syllę infesti venerunt. Marcus Flaccus, qui solus ex Flaccis pro Mario erat, Curtio
C cum successisset, Ciuitatem omni diligentia muniebat, eamque armis, militibus, & frumento replebat. Ennius Volusius Magister Equitum ad frumentum, aliaque victui necessaria emenda, in proximas Insulas pluries transfretauit: Tres arces constructæ sunt; vna ad Occidentèm inter Portam Brodonæ, & Templum Iunonis; altera ad Portam Dianæ; tertia inter Vestales Virgines, & ædes Flaccorum: insuper Vada Corsis militibus repleta est: Populonienses sibi consulebant: ex Sicilia, & Sardinia multi milites ad nos. Gneus Pompeius ad fines nostros appropinquabat. Senẽses spontè deditionem fecerunt. Apud Agrum Strouium pugnatum est: nostrorum tertia pars desiderata est; attamen Romani receptui signum dedère: multi proscriptorum Vulterranum exercitum auxerunt: plures patritij Vulterræ recepti sunt.

Sylla Dictator Lucretium Ofellam ad deuastanda Ethruscorum maritima misit; & agrum Russellanum vsque ad Segalarem depopulatus est. Segalares post tres dies Lucretio se dedère: Moscanij cum patriam defendere vellent, omnes gladio occisi sunt: Vadenses, & Populonienses, cum exercitui Romano resistere conarentur, fugati sunt: Populonia obsidione; Vada proditione capta est; & Aulus Alerius arcis custos occiditur.

Interim Pompeius altera * * * * * *

A



B

C

Habes hic secundam partem Historiæ Syllæ
Prosperus Augur.

XXX. *Scarith Die xxij. Iunij.* MDCXXXV

parte nostros superauit, qui Carsolum se receperunt; quò cum ille eos persequeretur, propinquos agros deuastauit. Marcus Flaccus Vrbem muniebat,& Vallibus, & Turribus circa mœnia constructis, nè hostes ad vrbem accederent, conabatur: Similiter Scornellum, & Coccianum, quò in vtraque castra tercentum equites, & sexcentum pedites misit: ciues reliquos, nam præcepe-

rat,

rat, quod omnis ciuis ad bellum idoneus scriberetur, alios ad custodiam Vrbis distribuit, alios Carsolum ad exercitum augendum misit: sed frustra; nam Romani magno Vulterranorum damno castro potiti erant: quoniam equitum Magister (namque in hoc magno Vulterranorum bello etiam Magister Equitum exercitum ducebat) & vterque dux desideratus est: ideo alij Farnetam, quò nuper milites Vulterrani conuenerant; alij Ornanum, alij ad Castrum Foscum, alij ad Arcem Volmicci confugerunt.

A Victoris exercitus pars Farnetam obsedit: pars Fesulam versus progressa est eo animo, vt eam ciuitatem dolo obtineret; verum decepta est; quapropter ad flumen Arnum castrametati, pontem supra dictum construxerunt, & tertia nocte Ciuitatem adoriuntur; sed à Fesulensibus reiecti fuère. Sequenti die Romani planiciem omnem occuparunt, & simul Fesulensium Theatrum, & Pagum, in quo Fesulenses Ludos, & Nundinas faciebant; ibi Vestales, & sacerdotes morabantur: & Fesulam obsidère. Fesulenses autem inter se non consentientes quinto obsidionis die legatos deditionis mittunt, & portas aperiunt: multi populares occisi sunt, qui cum armis, nè portę aperirentur, obstitère. Deinde Emporium perrexerunt: Emporienses victoribus spontè cesserunt: intra paucos dies omnes Pagos vsque Coccianum adquisierunt; quod castrum restitit, donec Pompeius cum altera exercitus parte Farnetam cepisset, & deuastasset. Pompeius igitur occcupata Farneta, Ornano, & castro Fosco, Cellulenses adortus est, qui deficiente annona deditionem fecère; ita vt Pompeianus exercitus contra Coccianos vires coniunxit: babitatores Aulo Curtio duce se dedere nolebant.

B

Pompeio, qui iubente sylla in Aphricam aduersus Quintum sertorium perrexit, Gneus Dolobella successit, qui, cum ad Exercitum venisset, aliquos milites per Orbianorum agrum ad occupandam arcem Voltem misit. Cocciani auxilium à Vulterranensibus expectantes, & quamuis decepti, attamen omnes gladio occidi, & castrum desolari passi sunt.

C Lucretius interim cum omnia loca maritima occupasset, ad Cecinam venit, & Burnianum incendit, & agros maurorum, licet syllæ amicorum; & apud scornellum castra posuit; aliqua ædificia antiquitus ad salinarum vsus ædificata diruit. Lucretius interim Romam progressus inscio sylla ad consulatum petendum, ab ipso occisus est. Equites, & milites Vulterrani, simul & castri habitatores, scientes Romanis ducem deficere, noctu id non expectantes adoriuntur, eosque magna clade affecerunt, antequam inimici arma sumerent: & si Pomarancij coloni præstò fuissent, ea nocte Romani victi, & fugati essent: vsque ad meridiem pugnatum est: nostri ob commoditatem loci, hostium ... . timorem longè superiores erant; sed repentina pluuia pugnæ finem, & Romanis salutem .... Eodem die ex Vulterra Titus Orbianus Magister

Equitum

Equitum cucurrit cum nouis militibus; ideò iterum decertatum eſt: caſtra adoriuntur: hoſtes ea defendebant: obſidentur Romani; eiſque nec vlla ſpes fugæ relinquitur: flumen æſtuabat: trans flumen Pomaranciences: quarè Romani extrema audentes gladijs, telis, & haſtis viam ſibi aperiunt; & citò per agros Flaccorum, & Quintiorum iter facientes in Montem ſe receperunt: quod ſi mons munitus eſſet, vt decebat, aut noſtri Equites ſtatim eos ſecuti fuiſſent, nec vnus quidem ſuperfuiſſet. Noſtri autem capta præda, incenſis caſtris ouantes Scornellum redière.

Verum Menippus Cecinna exul cum exercitu aliquorum Feſulenſium, Piſenſium, & Ligurum fines Vulterranorum inuadens omnes pagos, & caſtella deprædatus eſt vſque Murgium, atque incendit; arcem Murgij adortus quinto die magno ſuorum damno occupauit; eamque muniri, & augeri præcepit; & à nomine Syllę Syllanum vocauit; ibique magnum reliquit præſidium, animo (vt arbitror) arcis ſibi addicandæ poſt finem belli; Cecinna namque vicinum rus habebat: deinde per agros Curtianos tranſgrediens, pacato agmine Exarem flumen tranſiuit; nam ſumma familiaritas cum Caio Curtio, Menippo erat: poſtea contra antiquiſſimam arcem, & caſtrum Horchiæ verſus eſt: verum incolę aſperitate loci confiſi audacter in Menippum egreſſi viri, & mulieres ſaxis eum fugauerunt, qui ad Templum Maiæ, vbi Gneus Dolobella cum Romano exercitu conſederat, ſe recepit. A

Dictator autem Romanus, cum illas gentes, quas Lucretius duxerat, fugatas eſſe intelligeret, ſibi magno dedecori imputans, Vulterranos ei obſtare audère, magno exercitu coacto in Vulterranos properauit: qui per Carſolum tranſiens Veſtæ Farnetani Sacerdotes ei occurrère poſcentes, vt Templum à Pompeianis militibus dirutum reſtauraret, & ſtatim exauditi fuère. Poſtea Sylla ad Vultraium oppugnandum perrexit: Vultraij coloni, ad meridiem à Sylla, ad Aquilonem à Dolobella adorti, triduo reſtitère: deinde cum hoſtes in caſtrum ingreſſi eſſent, victori ſe dedère; attamen plerique occiſi ſunt: aliqui in arcem confugerunt; quibus dedere nolentibus, Sylla Menippum, vt eos obſideret, reliquit; & ad eos, qui Scornellanę cladi ſuperfuerant, ſe conuertit: hi namque Cecinam tranſgreſſi vallum in monte, qui poſtea Syllanus dictus eſt, ędificauerant: Sylla poſtea videns Pomarancium, & Scornellum ad Ciuitatem oppugnandam ei obſtare prius ea diruere cogitauit; quapropter Dolobella ad Templum Maiæ reuerſus eſt. B C

Sic res ſe ſe habebant, * * * *

XLI.
Scarith
Die xiij.
Augusti
MDDXXXV

Primam, & secundam partem Syllę reposui: tertiam ego Prosperus Fesulanus hic in hac arce obsessus repono.

cm Vulterrę deficiente annona multi ex primoribus Dictatori se dedere cogitabant: verum Marcus Flaccus assiduè populum orabat, vt Ciuitatis defensioni studeret: deinde supplicationes in triduum indictæ sunt; Dijque obsecrati circa omnia puluinaria: Pontifices, Sacerdotes, Pręses, Senatores, & Magist ratus omnes Ciuitatem circumiuère.

A

Interim Sylla Pomarancium ceperat: Pomaranciensès diù obstiterant; ideò ferè omnes occisi sunt; mœnia diruta; domus cadaueribus repletæ; dimidium castri igne consumptum: deinde apud Scornellum castra posita fuère; quò Titus Orbianus cum electa militum classe progressus est. Dictator Sylla pluries Scornellanos inuasit, & semper à Magistro Equitum, à Marco Alerio castri Præfecto, & Tito Alnotio Arretino arcis custode, qui castrum tuebantur, reiectus fuit; & castrum circumsedit. Vulterrani autem timore perterriti deditionis concilia habebant. Præses vniuersum populum, etiam fœminas in Magnam Plateam conuocauit; verum, quia platea tantæ multitudini non sufficiebat, præcones ad Theatrum populum coegerunt: augures vocati venire recusauerunt: mihi verò vt Senatori ire permittitur. Præses igitur præter Lictores, & viros consuetos; cum quibus ingredi solet Equitum selectorum agmen apud se retinuit, atque in sella eburnea sedens, hæc locutus est.

B

O viri Ethrusci, qualis timor in vobis cernitur? Non reminiscimini vestros maiores? Non recordamini virium Auorum vestrorum? honorem vestrum non curatis? Igitur tam citò animum dimittitis? Igitur tam citò hostibus tam diris vos commiseritis? Igitur vsque ad mortem, atque etiam post mortem, si animabus, quæ corpore carent, aliquid permittitur, vestram patriam non defenderitis? Eam patriam, inquam, quæ à Magno Vandimone ædificata, & inhabitata fuit, quæ per tot secula non modo in Italiam; verum etiam in plerasque Europæ Regiones dominata est. Patriam illam, quæ ab Vniuerso orbe adeò æstimatur, & colitur, causa Sacrosancti Augurum Collegij, vt (vos omnes scitis) ipsi Romani hostes nostri, quamuis semper curauerint, & curent, nos, nostramque gloriam deprimere, ad discendas scientias hùc conueniant. Vos scitis post eiectos Reges quantum fuerit Vulterranum imperium: Quot Maiores nostri victorias de hostibus non modo Italis verum etiam Græcis, Barbaris, & Gallis retulerint: Quot triumphos: Quoties Romam obsederint: Quoties parentum nostrorum virtus Roma-

C

nos

nos deterruerit: Quoties Vulterrani ciues Consules, dictatores fugauerint: Victi superatique fuimus; fateor; non autem Romanorum virtute; sed discordia nostra; & si modò in has coniecti sumus angustias non ab alio, quam à dissensionibus, immò à proditionibus nostrorum ciuium coniecti sumus.

Nè putetis me sic loqui impulsum priuata ira, aut affectu; nam nemo vestrum ignorat, omnes, de quibus loquor, aut sodales, aut consanguineos, aut necessarios esse meos: sed tantum patriæ amore, pro qua mori teneor, impulsus loquor. Fateor, hostes nobis potentiores esse: fateor nos inopia affligi: sed etiam dico, nos in loco forti, & armis, & militibus munito, atque ad obsidendum difficillimo manere; præterea Syllam totius Senatus, populique Romani amicum non esse, assero. Nemò exceptis Dijs, quid futurum sit, certò cognoscit: Dij, qui æquum, & iustum defendunt, nobis auxiliabuntur. Sed permissa sit vobis deditio, putatisne, quod ille crudelis vestri misereatur? Putatisne, animus ille superbus vobis ignoscat? Dedere se Syllæ, mei ciues, & supplicia, tormenta, ignominiosamque mortem experiri, idem est. A

Si igitur necesse est mori, cur strenuè cadere non quærimus? aut si cadimus cur cadendo de occisore non vindicamur? Ego tandem pro patria mori decreui; omnibus se dedere, patriamque prodere conceditur: ego quamuis vnus patriam defendendo; meque tuendo occumbam.

Dixit. Tunc omnes vna voce clamantes, vsque ad mortem patriam defendere promiserunt: deinde Iunonis Sacerdotes solemne sacrificium populo denunciant. Sequenti die in magna Platea Dijs omnibus sacrificatum est. Præfectus, Magister, & Dorchetes Augurum conuenerunt: Lucius Licinius Aretinus Pontifex Maximus, & alij Pontifices tres sues, tres oues, & tres tauros immolarunt. Postquam sanguine, vino, lacte, & melle libassent; atq; omnis populus clamauisset, Præses, & Senatus omnis Augures rogauerunt, vt augurarentur; verum Neuius Magister respondit, nolle obnunciare, quod omnibus displiceret, nè populum metu exnimaret. Altera luce Præsidem interfectum inuenerunt: homicida omnibus ignotus semper fuit. Illicò, vt populi tumultus sedaretur, Lucius Dorius in demortui Præsidentis locum subrogatur. Interea Sylla Scornellum obsidebat: octauo die obsidionis Titus Orbianus è castro egressus ad Syllæ Prætorium propè Templum Dianæ accessit, & cum eo egit de castro tradendo: deinde intus reuersus suos ad deditionem hortatus est; verum mori se malle, cum respondissent, Titus, & Arcis custos ea nocte milites Romanos ex parte Montis intromisère. Sylla igitur occupato Scornello, plerosque colonos occidi iubet, verum cum Castrum fortè, atque ad oppugnandam Vrbem necessarium vidisset, iterum turribus, & militibus muniri imperat: postea solemniter Dianæ immolauit; & fatalia Cornua veneratus est: deinde (quod summopere laudo) eius iussu proditores capite plectuntur. B C

Menippus Ceciuna occupata fortissima arce Vultraij, aut Magistri Equitum, & arcis Scornellanæ custodis euentu impulsus, aut contra patriam dimicasse pœnitentia ductus, litteras ad Vulterranum Senatum misit supplicans veniam, & iurans, se pro Patria, & supplicia, & mortem subiturum: verum, cum deficerent victui necessaria, Dolobellę (qui statim iubente Sylla cum parte exercitus ad arcem obsidendam cucurrit) resistere non potuit; quarè salutem penitus desperans simul cum primoribus defectionis mortem sibi consciuit. Sylla verò ab occasu Vrbem adortus est: sed atrociorem dimicationem

A habuit, quam crediderat: Vulterrani resistebant: pars muri arietibus decussa est; militum agmina per ruinas in Vrbem ingrediuntur: sed Vulterrani per ipsas ruinas Romanos expulerunt, quod ægrè ferens dictator, Dolobellæ imperat, vt ab Ortu Ciuitatem oppugnet; verum asperitas loci cum arietibus, & turribus inimicos prohibebat accedere. Sylla iterum Vrbem oppugnare adoritur;

XLIII. *Quartam partem Syllæ inter angustias positus hic reponit Prosperus.*

Scarith. Die. xvij. Augusti MDCXXXV

& turrim ingentis altitudinis mouit, quæ cito à Vulterranis incensa est; & denuò hostes reiecti sunt. Hanc ignominiam ægrè passus Sylla Vulterram obsidere decreuit: interim ad depopulandam Horchiam, cuius coloni arcis custo-

B dis ductu, Romanis se dederant, cohortes nonnullas misit; quæ non solum castrum deprædatæ sunt; verum etiam arcem diripuerunt. Ipse postea exercitum in tres partes partitus est: vna castra posuit aduersus Portam, & Templum Herculis ad Meridiem: altera ad Occidentem contra portam Brodonæ; ibi erat Syllæ Prætorium: tertia apud Vallem nemorosam Deæ Aretiæ sacram castrametata est. Item & Gneus Dolobella in tria agmina suos diuisit, vnum contra sacrum Aldingæ Fontem, & portam Vandimonis: alterum aduersus Dianæ, & Iani portas: ipse cum tertio in Monte, qui est aduersus portam Solis, & Mercurij, consedit.

Sic dies quinquaginta transierunt: Vulterranorum quarta pars fame pe-

C rierat: equi, asini, canes, & mures deuorati sunt: tandem rebus omnibus, præter aquam, deficientibus, Syllæ se dedèrunt; qui Vrbem per portam Felicem ingressus est. Impossibile mihi videtur & crudelitates, & impietates, & scelera Syllæ narrare. Præfectus Augurum, & Præses Senatus capite plectuntur: senes mulieres; pueri, & lactentes trucidantur: Templa polluuntur: Pontifices, & Vestales vix tuti sunt: tandem ferè centum viginti millia Vulterranorum partim fame, partim gladio perière. Sylla postea bonis ciuium publicatis, dirutis turribus, & arcibus, maximo præsidio relicto, Romam cum ingenti præda reuersus est.

Istas

Istas chartas, nè meam infelicem, infortunatamque fortunam experiantur, repono in hoc Scarith.

CV.
Scarith
Die xix
Ianuarij.
M DC XXX
VII.

PRimi Italiæ incolæ Sagi Armenij fuère.
Ex his Ethrusci orti sunt.
Ex Ethruscis ortum habuère
Scytæ,
Sabei,
Medi,
Ioues
Celti,
Celtiberi,
Cappadoces,
Traces,
Cyprij.
Ipsi Ethrusci Colonias misère
in Battrianos,
in Galatiam,
ad Montem Ogiglam,
in Artricos,
in Carnites,
in Vadicassos,
in Auocontios,
in Cretam,
in Leucinos,
circa flumen Messaliam.
Deinde, multis transactis annis,
In Hircanos,
Baranganos,
Marenernios,
Adrasenios,
Carmanos,
Cortouites,
in Trinacriam, aut Siciliam,
in Cyrnum, vel Corsicam,
in Sardiniam, vel Cadosenes.
Siculi Erbessii,
Cratij,
Assertij, &
Monales Ethruscorũ coloni fuère.
Item Phrigij Dardani, &
Insulæ Aegei pelagi olim ab Ethruscis fuerunt inhabitatæ.

A

II. Italiæ habitatores sunt Aborigines, qui ex Ægiptijs prodière, & Camese duce hùc aduenère.
Ex Aboriginibus nati sunt prisci Latini.
III. Qui in Italiam venerunt, sunt Sabatij Armenij.
Ab his trahunt originem Sabini.
Sed à Sabinis Samnites.
A Samnitibus Lucani.
A Lucanis noui Brutij.
IV. Armenij Griphones habitauère Italiam

B

Hi, & Thusci peperère Volscos.
Verum Vmbri ab Ethruscis primò oriuntur:
Inde in antiqua Camereuna ab Armenijs, Aboriginibus, & eisdem Ethruscis augentur.
V. Ad Italiam applicuit Auson Libicus.
Ab Ausone Ausonij prodiuère.

C

VI. Venère Phaeton Ægiptius, & eius filius Ligur.
Ab illo oriuntur populi Alpini, & Taurisci:
ab hoc omnes Ligures, prèter Apuanos, & Montanos, qui sunt coloni Thuscorum.

VII. Ita-

VII. Italiæ incolæ sunt Sicanus, & Celtiberi.
Ab his Siculi descendunt.
VIII. Incoluerunt Italiam Luchij Enachij, immanes Gigantes: ex quibus ortum habuerunt Telchini; & ex Telchinis Rhodij Ophiusij.
A IX. Oenotrius, & Paucentius hanc regionem habitauerunt. Hi Arcades fuerunt.
Ab Oenotrio Oenotrij dicti sunt.
A Paucentio Paucentini.
Et ab vtrisque Antiqui Brutij ducunt originem.
X. Italiam petijt ex Ægipto Osiris. Apennini, pręter Lestrigones, quorum pater fuit Lestrigon, & nonnulli populi Alpini, ab Osiride orti sunt.
B XI. Ad Italiam incolendam profecti sunt Liburni, & Dalmatæ. Liburni genuère Ferentanos; Dalmatę verò Pelignos.
XII. Venit Hercules Libius. Ab hoc Hercule, & Latinis Rutuli nascuntur.
XIII. Scytæ Thussi. Hi Thusciam suo nomine appellarunt.
XIV. Celtiberi Hesperij. Ab istis Hesperiæ dictæ sunt.
C XV. Celtiberi Atlantici; Itali ab his omnes, qui regionem habitarunt, vocati sunt.
XVI. Babilonici Saturnici.
Hi, & Aborigines Latium fundauerunt.
A Babilonicis, & Volscis Æqui originem ducunt.
Ab Æquis, & Sabinis Æquicoli nati sunt.
Ab Æquicolis autem, & Latinis Hernici.
XVII. Fuère Pelasgi, & Ætholi.
Ab his ortum deducunt Ætholi italici.
XVIII. Lidij ad nos venerunt.
Marruccini ex Lidijs traxère originem.
XIX. Húc applicuère Thessali.
A Thessalis Thessalumbros ortum habere, notum est.
XX. Locum Cretenses in italia habuerunt.
A Cretensibus Ipygij, vel . . . . oriuntur.
Ipygij postea Messapij appellati sunt.
Messapij tandem Apuli.
XXI. Sunt Galates Paphlagonij.
Hi sunt patres Henetorum.
XXII. Argiui.
Ex Argiuis nati sunt Euganei, Orobij, atque
Oropyti.
XXIII. Locum adepti sunt Circei Colchi.
Hi genuerunt Marsos.
XXIV. Obtinuère Arcades.
XXV. Habuère locum Pelij, & Nestorij.
Ab his Nestini, vel Vestini descendunt.
XXVI. Ad Italiam aduenerunt Cimmerij; qui in Campania sedem sibi elegerunt; sed à Thuscis eiecti sunt.
XXVII. Locum occupauère Pisei,

& Pe-

& Peloponnesiaci.
Hi Pisensium patres fuerunt.
XXVIII. Græcus Hercules cum suis ad Italiam appulit,
Hi, & Vmbri genuerunt Argiletos, atq; Cispadanos Armentinos
XXIX. Troiani ad nos profecti sunt.
A Troianis, & Latinis ortum habuerunt Albani.
Ex Albanis, & Ethruscis nascuntur Romani.
At ex Troiugenis Antenoridibus originem ducunt Patauini.
XXX. locus in Italia à Diomede, Dauno, & Messapo, & à suis Gręcis occupatur.
Primus pater fuit Parthenopensium, &
Palæpolitanorum.
Secundus Daunorum Apulorum.
A tertio Messapij dicti sunt.
XXXI. inuadunt italiam Thiri.
A Thiris Thurij trahunt originem.
XXXII. Calcidenses, & Hippoclei.
Ex his, & Thuscis oriuntur Cumani.
XXXIII. Italiam petierunt Lacedemones:
Qui Sabinos auxère.
XXXIV. in italiam transmigrauère Achæi.
Ex Achæis nati sunt Græcani Sybarites.
XXXV. Qui sedem in italia habuère sunt Partheni, Spartani.
Hi, Achæi, & Ætoli Magnam Græciam habitauerunt, & denominarunt.

xxxvj. Hùc aduenère Messenij, Calcidenses, & Zanclei.
xxxvij. Illirici, aut illyrides.
xxxviij. Italiam inuadunt Galli Senones, qui loca, Coloniasq; Thuscorum Transapenninas, Transpadanas, & Cispadanas occuparunt.
xxxix. Secuntur Allobroges, Cottiani, Braccati, cæterique Galli, qui Larienses, & Volturrenos Ethruscorum Colonos oppresserunt. A
xl. Locum obtinuère Siracusani, qui Italicos Græcanos vicerunt.
xlj. Siculi, qui Anconitanos fundauère.
xlij. Galli Boij.
Hi Colonias Cisalpinas Thuscis adimunt.
xliij. Venerunt Græcani Cleonymi.
xljv. Molossi, & Epyrotæ Alexandrici. B
xlv. Pirrici.
xlvj. Pœni, vel Carthaginenses, qui Italiam deuastarunt.
xlvij. Cimbri, & Teutoni; qui in italia concisi sunt.
Igitur Armenij soli Orbis indigenæ sunt. Et Ethrusci soli indigenæ Italiæ.
Ethruscorum filij fuère Vmbri, C
Campani,
Cispadani,
Transpadani,
Apuani Ligures, &
Montani,
Larienses,
Volturreni, & Rhætij.

Pice-

Piceni ex Ethruscis, & Sabinis ducunt originem.
Picentini verò ex Picenis, & Paucentinis.
Ethrusci Reges tertiæ orbis parti dominabantur.
At post expulsos Reges Ethrusci non modo Thusciæ; sed
A Italiæ,
Siciliæ,
Corsicę,
Sardinię,
Insulis Tirreni, Siculi, Sardi, & Africi pelagi;
Histriæ,
Henetis,
Noricis,
Illiricis,
Liburnis,
Alijsque populis imperabant.
B At Vulterra tempore Regum omnibus dominabatur.
Postea tamen Thuscorum, vel Ethruscorum MATER, caput, PRINCEPS, & prima Europę Vrbs.
Hæc à Patre Vandimone olim ædificata, Cethim appellata fuit, inde Kitim à Græcis vocata;
Ethursia à Iano Rege:
Ethruria postea corrupto vocabulo;
VVLTERRA à Tirreno;
Tirrenia à Tarconte.
Duodecim primæ Thuscorum Ciuitates, Vulterranorum fuère coloniæ.
. . . .
Perusium,
Arretium,
Anagira.
Chelusa.
Careuna,
Nathraripia,
Fesula,
Luna,
Cethengogia,
Monentia,
Narghatha, &
Sacarmon.
Inde inter duodecim numeratæ sunt
Russellæ, &
Vulsinium à Thuscis ædificatæ;
Cæræ, &
Cortona à Pelasgis conditæ,
Clusium, &
Bolsena à Lidijs fabricatæ; &
Populonia ab Ægiptiis.

C

XCIX. *Scarith die iv. Nouembr. M DC XXXVI.*

Thuſcorum Colonias hic reponit Feſulanus Cuſtos huius Scornellanę Arcis.

Secuntur Coloniæ, quæ ſoli Concilio ſubditæ erant.
Ianiculum à Rege Iano ædificatum.
Cicola, aut Veię, quam Ochus Veius conſtruxit.
Saturnia à Babilonicis condita.
Vetulonia, Iano Veio regnante, ædificata ab Ethruſcis.
Mediolanum à Rege Olano fundatum.
Rauenna, quam conſtruxère Vmbri.
Roma, quam fabricarunt Thuſci, & Latini.
Eridanum à Phætonte conſtructum.
Pola ab Argiuis.
Sutrium à Pelaſgis.
Nepeta ab eiſdem.
Tarquinium à Theſſalis.
Phalerium ab Acheis, vel Pelaſgis.
Faliſca ab eiſdem.
Fidena à Thuſcis.
Oropytum à Græcis Oropytis.
Bergomum ab Argiuis.
Muſarnum ab Hercule Ægiptio.
Gedroſia ab eodem.
Aruntium, &
Rullenſium ab Aruno Rege fundata.
Capena ab Atlante.
Libiſſum ab Hercule Græco.
Feſcenia.
Oppida Rhætiorum, quæ ſoli Concilio parebant.
Brixatium,
Suatium,
Phænium,
Rigaſium,
Brigania,
Melocium,
Calacum,
Bormium,
Dracuina,
Viana,
Bracorida,
Ebodera,
Retordera,
Vennonia,
Culcona,
Phania,
Adúla verò eſt Vulterranorum colonia.
Hæc oppida Rhætiæ, Vindeliciæ, & Norici concilium Rhætinum conficiunt,

A

Piſæ, quas ædificauère Piſæi, parent Vulterranis.

B

Grauiſca Peruſinis.
Volcæ Ruſellanis.
Fregena Feſulenſibus.
Hortanum Arretinis.
Coſſa Cæritibus.
Derdum Lunenſibus.
Carimianum Populonienſibus.
Thuſculum Cluſinis.
Talamon, ab Argiuis ædificatum, parebat Bolſinenſibus.

C

Modò scribam Vrbes Siculorum nulli subiectas, quę in Concilio Generali locum habębant.
Capuntium,
Argenium,
Panormum,
Messana,
A Siracusa,
Catanium,
Apua in Liguria parebat Vulterranis,
Nicæa in Liguria obediebat Arretinis.
Helia in Lucania Vulterranis.
Iphicum in Vmbris Arretinis.
Oppida in Sicilia Thuscis Vrbibus subiecta,
Alontium, &
Segestanum subiecta erant Vulterranis.
B Centaripia Fesulensibus.
Obulim Populoniensibus.
Ciuitates Cirnei, vel Corsicæ, quæ obtemperabant Thuscis.
Roxicum, &
Caleam gubernabant, eisque dominabantur Vulterrani.
Alucam Lunenses.
Ceneſtiacum Cærites.
Opintum Russellani.
Virciculum Arretini.
C Matissam Cortonenses.
Cænelem Veientes.
In Sardis Thusci his oppidis imperabant.
Cabilo Vulterrani.
Saltinio ijdem.
Gurulliæ Perusini.
Carbito ijdem.

Eræo Arretini.
Corascesiæ Vulterrani.
Solcitæ Fesulenses.
Coresio Lunenses.
Scapitulæ Cærites.
Pachiæ Vulsinij.
Esaro Populonienses.
Insulæ, quibus dominantur Thusci in Tirreno, Siculo, Sardo, & Africo Pelago.
Vulterrani dominabantur
Gorgi,
Chapricæ,
Procytæ,
Melitæ,
Cercinnæ,
Paconię.
Perusini imperabant
Planasiæ,
Pontiæ,
Ericordæ
Moderabantur Arretini
Pandatoriæ,
Vsticæ,
Hicesiæ.
Et Fesulenses gubernabant
Philiam,
Ficarniam.
Cęrites verò habebant Æugusam.
Lunenses Ethalam,
Herculeam, &
Liparam.
Clusini Euonimam.
Populoniensibus obediebant
Ilua, &
Glaucona.
Capathusa, &
Calatha Russellanis.
Iberatia Vulsinijs.

Diabasta Bolsinensibus.
Cosira Cortonensibus.
Ianicum Ianiculensibus, postea Tarquiniensibus.
Iunonia Veientibus.
Strogila Vetuloniensibus.
Phorbantia Oropytis.

In populis Alpinis oppida, quæ sequuntur parebant Thuscis.

Albula, quam Rex Tiberinus construxit, obtemperabat Vulterranis.
Alqua ab Illiricis fundata Perusinis.
Esæscaium à Pelasgis conditum Cæritibus.
Spina ab eisdem Pelasgis fabricata Fesulensibus.
Benicum, quod ædificauit Osiris Vetuloniensibus.

In Histria hæc oppida erant sub Thusco Imperio.

Cenæcum sub Fesulensibus.
Vmagum sub Vulsinijs.
Saucilia sub Veientibus.
Tilaneptum sub Arretinis.
Flanona sub Vulterranis.
Lopsita sub Perusinis.
Et Nurtia in Sabina subiecta erat Vulterranis, ac Perusinis.

Secuntur coloniæ propriȩ duodecim Vrbium Thuscorum.

In Valle Volturrena Vulterrani has Colonias habebant.

Noniam,
Brisagum,
Losarnum;
Luchium,
Vannociam,
Vnciam,
Colegiam,
Monergiam.

Sed ad Lacum Larium Vulterranorum coloniæ erant.

Asula,
Iseum,
Idrium,
Cenona,
Vaccana,
Oscella.
Æsoba;

A

Neptrusia verò erat Colonia Arretinorum, Fesulensium, & Cæritum.
Saliena Perusinorum, & Lunēsium.
Tarentesia Clusinorum, & Russellanorum.
Bræcena Bolsinensium, Veientum, & Ianiculensium.

B

Hȩ, quȩ secuntur sunt Coloniæ Transpadanæ, & Cispadanæ Thuscorum.

Parma, &
Verona Vulterranorum.
Felsinia olim, nunc Bononia à Vulterranis ædificata, fuit Colonia Perusinorum, & Clusinorum.
Mantua, quæ constructa ȩst ab Ocgno Regis Tiberini filio, fuit colonia Vulterranorum, Arretinorum, & Fesulensium.

C

Cormona, postea Cremona Colonia Cæritum, & Populoniensium.
Mondinia, hodie Mutina Fesulensium, & Lunensium.
Pacantia, vel Placentia Arretinorum, & Cortonensium.

Rossicium à Pelasgis fabricatum, fuit Colonia Russellanorum, & Vulsiniorum.
Bipherdum Bolsinensium, & Veientum.
Legninum Perusinorum.
Olegium Vulterranorum.
Valagia Vulsiniorum.
A Grauegna Grauiscorum.
Ceuaina Cęritum.
Serium Saturniensium,
Lucinorum, &
Finicum Oropytorum.
Secundæ Coloniæ Transapenninæ Ciuitatum Thusciæ.
Comon erat Vulterræ.
Porredia Perusiæ.
Vercella Fesulæ
Taurica Arretij.
Elicia Cæræ.
B Brissillum Clusij, & Vulsinij.
Cortona Cortonæ
Sabatia Saturniæ
Buerium Vetuloniæ.
Tertiæ Coloniæ Transalpinæ, & Cisalpinæ, quas habebant Thusci,
Centalicum habent Perusini, & Clusini;
Gilbicum Fesulenses, & Lunenses;
C Vrisinam, &
Ambricum Vulterrani;
Odorzum Mediolanenses;
Cedecium Mantuani.
Ponzonium Populonienses;
Sauaciam Russellani.
Habent Parmenses
Gremelum,
Tauram,
Gracium.
Mediolanenses verò habent
Bremam,
Sariam, &
Melionum.
Rubicum Rauennates.
Duriam Felsinenses.
Binacum Veronenses.
Secuntur Coloniæ, quę sunt, vel erant Thuscis Vrbibus ad flumen Atrianum, & ad Mare Adriaticum.
Adria prima, &
Garopholum fuit Vulterranis.
Opitergium Perusinis.
Ordea Bolsinensibus.
Vicæum Vulterranis.
Acara Fesulensibus.
Falentium Felsinensibus, & Parmensibus.
Clastidium Clusinis, & Cortonensibus.
Coloniæ Thuscorum in Liguribus hæ sunt.
Oneglium Vulterranorum, & Fesulensium.
Lericium Perusinorum, & Clusinorum.
Secistra Arretinorum, & Cæritum.
Modo secuntur Coloniæ, quas fundauerunt Thusci in Campania.
Vulturnum à Rege Occo, & Vulturreno eius filio ædificatum, & postea à Samnitibus Capua vocatum, à Vulterranis Colonia deductum est.
Internum, vel Linternum ab Arretinis.

Arumna, inde Cuma dicta, à Perusinis.
Misenum à Fesulensibus.
Baila à Lunensibus.
Baulium à Cæritibus.
Cimmerium, quod populi Cimmerij fundauerant à Vulsinijs, & Bolsinensibus.
Phlegræium à Russellanis, & Cortonensibus.
Secundæ Coloniæ à Thuscis in Campania habitæ
Decæarchia, &
Labicum à Vulterranis.
Acherum à Perusinis.
Lucris à Lunensibus.
Calenum à Tarquiniensibus.
In Thuscia verò hæ sunt Coloniæ secundi ordinis.
Vulterranorum sunt
Thuscinatum,
Ethruria ad Fanum Voltumnæ
Velia, &
Horchia.
At Sena erat Vulterranorum, & Arretinorum.
Sunt Perusinorum
Amintinum,
Vmbricum,
Plauianum, &
Trussulum.
Arretini autem habent
Birgiam,
Ogigianum,
Cirtonam,
Arcennam,
Aretiam,
Aringam.
A Fesulensibus habentur
Fidentia,
Ferentia,
Aqua,
Blera,
Actianum,
Messium,
Tursenum, &
Cremena.
Lunensibus sunt Luca,
Ericis,
Feronia, &
Fanum Herculis.
Cærites tenebant
Alsium,
Pirgum,
Æraphalicum, &
Bolinium.
Tenentur à Clusinis
Sudertanium,
Pirganum,
Foracællæ,
Sora,
Meon.
Russellanorum Coloniæ erant
Rosulum,
Anata,
Sangunum.
At Soanum, &
Timanum sunt Populoniensium.
Suana,
Nuentia, &
Tausolium Volsiniorum.
Longula,
Fertia,
Nessacia,
Enebra,
Meonia, &
Aquula Bolsinensium,
Volentum.

A

B

C

Osen-

Osenna, &
Cortuosa Cortonensium.
Antepolum,
Tibur, &
Curæ Ianiculensium.
Eniana,
Contenebra,
Area, &
Oscælianum Veientum.
A Erthona, &
Asca Vetuloniensium
Dirdum Tarquiniensium.
Troitum,
Faliscanum, &
Falemium Faliscorum.
Itium Oropytorum.
Hæ sunt Colonię mediæ Thuscorum:
Arbæa Vulterranorum.
Germolia Perusinorum.
B Et ad mare superum in Vmbris, Picentibus, & Pelignis habebant Thusci has Colonias; hoc est:
Adriam secundam habebant Vulterrani.
Pertiam Perusini.
Ameriam Arretini.
Arnam Fesulenses.
Vmbricum Lunenses, & Clusini.
Aminternum Russellani, Perusini, & Vulsinij.
C Pandosiam Vulterrani, & Populonienses.
Stabiam Arretini, & Cortonenses.
Veilumbram Veientes.
At in Lucanis Volentum erat Vulterranis.
Vrsentium Perusinis.
Turgillum Cæritibus, & Tarquiniensibus.
Bussentum Vulsinijs.
Modo scribam Colonias minores, quæ à Thuscis tenebantur in Campania, & Samnio.
Acerræ tenebantur à Vulterranis.
Abella à Perusinis.
Paunum ab Arretinis, & Fesulensibus.
Challateria à Clusinis, & Populoniensibus.
Adæ à Russellanis, & Vulsinijs.
Ticesia à Bolsinensibus.
Callidium à Ianiculensibus, & Veientibus.
Cora in Latio à Cortonensibus.
Sysia ab Oropytis.
Cæreta in Hernicis à Cæritibus.
In Henetis Vulterrani, & Lunenses habebant Opitergium.
Spiretum Perusini, & Arretini.
Tilauntum, Clusini, & Vulsinij.
At in Alpibus Vulterrani, Cærites, & Populonienses tenebant Ocram
Et Acellum Perusini, Bolsinenses, & Vetulonienses.
In Liguria verò Oerimianum fuit Arretinorum, Fesulensium, & Cortonensium;
Atque Entellia Perusinorum, cæritum, & Veientum.
Ocræa in Sabinis erat cæritum, & populoniensium.
Hispellum in Vmbris populoniensium, Russellanorum, & Tarquiniensium.
Fulgis Fesulensium, Vulsiniornm, & Bolsiniensium,
Verum in Histria Vulterrani tenebant

bant Volceram.
Parentiam Perusini, &
Mocticum Vulsinij.
Secuntur Coloniæ Thuscorum tertij ordinis quas habent, & tenent in Thuscia.
Vulterrani habent
Labronem,
Vultraium,
Vadam,
Castrum Salinarum, aut Scornellum,
Pomarancium,
Burnianum,
Drolium,
Cellulam,
Celsinum,
Farnetam,
Murgium,
Scarnium, vel Coccianum,
Voltem,
Stroccum,
Montalem,
Cibelum,
Carsolum,
Castrum Foscum,
Anciram,
Furnium,
Antriensium,
Volmiccium,
carnum,
Emporium,
Aium,
Ircum,
Marricum,
Vernucam,
castrum Phanæ,
Castrum Nigiræ,
Strouium,
Ornanum,
Pecium,
Axurum,
Pilium, & Biplilum.
Perusini tenent
Fracium,
Sentinum,
carnaium,
oscorum,
Anatum,
vbianum,
Tadianum, &
Schilacium.
Arretinorum sunt
Biturgia,
Bilianum,
Imenum,
castrum Rhææ,
Biracellum,
Focium, &
Phrarleum.
A Fesulensibus habentur
Arimianum,
Stellaium,
castrum Dianæ,
Vlpium,
Culicum,
Acurium,
Briscolica,
Aucula,
Bondelia.
Erant Cæritibus
Elona,
Olena,
Tussanium,
Statoria, &
Grondelica.
Tenetur à Lunensibus
Tedolum,

A

B

C

Forum

Forum Veneris.
Ripalum,
Piuizum,
Tarmon,
Bossum,
Trisagnum, &
Varasus.
A Habent Clusini
Corsium,
Ichiellum,
Oelæam,
Continium,
Sartium,
Astronem,
Fanum Radij,
Piliam, &
Prætrum.
At Populoniensium sunt
Hercolicæ,
B Segalaris,
Troia,
Licicum,
colicum,
caldacium, &
castrum Neptumni ad Lacum.
Sunt Russellanorum
Albenium,
Antion,
Orbiculum,
Ogigium,
Parmella,
Stitigianum,
Chothocius, &
Colechianum.
Vulsinij tenent
Nanam,
Nossam,
Pilicum,
Tristicum,
Aucum,
Marum,
Vetracum, &
Conecium.
Habentur à Bolsinensibus
Tellicum,
Austum,
Verectanum,
Gradolum,
Sorium, &
Ocerium,
Et habent Cortonenses
Polium,
Pusium,
Ebam,
Pisicum, &
Alceonium.

C



A *Cortex ex pice, &c.*

B *Testaceum Vas, in cuius exteriori parte circa mediũ erant hi Charact.* I.T.A.L.I.A.

C *Cortex ex plumbo.*

D *Vacuum, in quo erat inclusum sequens Breuiarium.*

Ethruriæ Latij Romę, Italiæq; omnis initia, quę sunt in prima parte Breuiarij reponit hic huius arcis Custos.

XCVIII
Scarith
Die xxx.
Septembris.
MDCXXXVI.

A

ANNO ETRHVSCO CIↃCIↃIↃCC ИIII EGO LVCI
VS VELIVS HOC BREVIARIVM HISTORIÆ
INCIPIO TOTIVS ITALIÆ
ANTE ROMAM CIↃCIↃCV ANN: REGIO QVÆ
NVNC ITALIA DICTA· A NOA ET FILIIS INHA
BITATVR· CETHIM A PARVA ‹T E AB
EISDEM CON DITA VOCATVR· INDE A GRÆ
CIS KITIM. PER REGES PRIMVM REGITVR·
ABORIGINES CVM CAMESE HVC APPVLERE
ET KITIM CAMESENVA NOMINATVR: PO
STEA VENERE ARMENII· GRIFONII· SI
RIQVE· INDE REGNANTE ARVNO AVSO
NII· A QVIBVS CAMESENVA AVSONIA AP
PELLATVR· AQVÆ PLVRIMÆ PLANICI
EM OMNEM DEVASTANT· QVARE OMNES
AD MONTES SE RECIPIVNT· REGNAT MA
GNVS TAGOT· QVI AVGVRIA ET AVGVRAN
DI REGVLAS DOCET· VMBRI OPPIDA CON
STRVERE INCIPIVNT· INDE VENIT
PHÆTON ÆG I VS· MONTES ALIQVI
IGNEM EMIT– SICANVS CVM SVIS
ITALIAM· REGNVM OCCVPAT· POST QVEM
ENACHII

B

C

ANNO Ethruſco cIↄ cIↄ Iↄcc ꞁiij. ego Lucius Velius hoc Breuiarium hiſtoriæ incipio totius Italiæ.

Ante Romam cIↄ cIↄ cv. ann; Regio, quæ nunc Italia dicta, à Noà, & filijs inhabitatur; Cethim à parua Ciuitate, ab eiſdem condita, vocatur. Inde à Græcis Kitim. Per Reges primum regitur. Aborigines cum Cameſe hùc appulère: & Kitim Cameſeuna nominatur. Poſtea venère Armenij, Grifo-

nij. Sirique. Inde regnante Aruno, Aufonij, à quibus Camefeuna Aufonia appellatur, Aquę plurimæ planiciem omnem deuastant, quarè omnes ad montes fe recipiunt. Regnat Magnus Tagot, qui Auguria, & augurandi regulas docet. Vmbri oppida construere incipiunt. Inde venit Phæton Ægyptius. Montes aliqui ignem emittunt. Sicanus cum fuis Italiam. Regnum occupat. Post quem Enachij tirannidem exercent: ab his Telchini deficientes, fugiunt, in Ophiufam; vbi Rhodum ædificant. His temporibus Oenotrius, & Paucetius filij Lycaonis Regis Arcadum cum magnis copijs in Aufoniam: alter Australem; alter Septentrionalem plagam occupat. Tunc Aufonia Oenotria vocari cæpta. Aduenit Ofiris Ægyptius; ab Italis tirannos expellit. Postea Lestrigoneum Regnum. Althæo regnante, Liburni vfque ad Apenninum excurfionem faciunt. E Celtiberis veniunt Rex Hefperus, qui Regionem Hefperiam, & Cranus Atlans, qui Italiam nominat. Post CL. ann. Ianus Magnum Saturnum recipit: Italia in Saturniam, & Ianigenā diuiditur. Vmbri à Morgete Rege deficientes Rauennā ædificant. Dum regnaret Coribantes, Pelafgi in Italiam applicuère: ad Eridanū Vmbros vicerunt; Spinam, Rofficciumq; ædificarunt; cum Coribante decertarunt; à quo recepti Agillam Phaleriam, & Cortonam in Thufcia construxère; Ethruriam Regiam Vrbem auxère, & ad Austrū inter Oenotrios, vbi incoluerunt, Crotonem Hiriamque fundauère. Venit postea Torebus, vel Tirrenus cum Lydijs: Hic Vulturreni Regnum hominibus, viribusq; auget: Italiamque omnem, Latio excepto, fub Ethrufcum reducit imperium. Abans deinde victis Sicanis, fractis Latinis, ex Entemnatibus, Tellenenfibus, Ficulnenfibus, Corniculanis, & Tiburtinis, colonias mittit in Trinacriam; & ex Siculis in Latium, in Hernicos, & Volfcos. Tempore Regis Veibeni Theffali Italicos affligunt; Rauennam capiunt; fugant Ligures.... . us... lu.... es.... es æ-.. . . tandem à Thufcis, &... ...... iectis an-........ Minous dux Cretenfium, Ipygefque Dedali filius magnis copijs comparatis in Italiam adueni-.... Peucentinos eijciunt, Orientalem oram occupant: plures vrbes............ alias ædificant, inter quas Brundufium........ Veibeno fuc-............ Argiui............ Hi in Histria condita Pola per Henetos in Infubres excurfionem, & incolis expulfis, nonnulla ædificant oppida; ex quibus Bergomum. Ab his Argiuis Euganei, & Oropyi oriuntur. Tarcon locum Arcadibus in regno concedit. Tiberinus Pelafgos, qui defecerant, expellit, ipfi verò cum detrimento Thufci, & Latini regni Australibus oris potiuntur. Post aliquos annos in Latio regnante Latino, à Thufcis Rex Mezentius eijcitur: quamplurimi Italici populi in libertatem fe vendicant. Tunc Lucumones in Thufcia cæperunt. Thufci Vmbros, Ligures, & Infubres fuperant: in quos, & ad Lacum Larium, in Vallem Volturrenam, & in Rhætios colonias mittunt. Æneas Troianus post patriæ excidium Italiam petit: cum

A

B

C

Rutulis, & Latinis dimicat; Latino in regno succedit: fœdus pepigit cum Thuscis. Qui altera ex parte à Diomede, Dauno, & Mesappo Græcorum ducibus affliguntur; hi namque Apuliæ potiti Brutios, Ætolos, & Lucanos vincunt: Cum Thuscis in Campania dimicant, eosque fugant: Parthenopem, Beneuentum, & alia oppida construunt. Eodem tempore Antenor Troiugena ad mare superum fugatis colonis Thuscorum, Vmbris, ac Euganeis, & cum Henetis inito fœdere Patauium ædificat. Pelasgi, pestilentia affecti, Italia abire coguntur. Sabini desertas Vrbes occupant. Thusci xij. colonias mittunt
A in Campaniam. Italia maxima siccitate afflicta; pestilentia, & penuria vexata: à vehementi terræ motu nonnulla oppida diruta. Apud Ficinum lacum Archippina Ciuitas à terra absorta. Thusci iterum Ligures, qui defecerant, superant: cum Ascanio Latij Rege decertant; inde fœdus pepigitur. In Epiro Cassiopes, & Corcyra à Thuscis captæ. Inter Latinos, & Thuscos dimicatur: victi Latini. Thusci deinde decertant cum Henetis, Histris, Cyrneis, Brutijs, Ætolis, Siculis, Lucanis, Liguribus, Vmbris, Dalmatis, Illiricis, & Liburnis. Latini post initum cnm Sabinis certamen à Dalmatis fracti fuère. Thusci propter Pontifices inter se discordant: plerique deuicti; ab eis populi, & colonię deficiunt. Tiri id temporis Thuscos magnis incommodis in Campania afficiunt, vbi Nolam ædificant. Sed Thusci postquam conuenerunt; non modò, quid perdiderant, iterum adquirunt: sed Latinos, Tirios, Parthenopenses, Pi-
B cenos, Vmbros, Samnites superant: cum Corinthijs, & Achæis decertant. Sed cum Latinum regnum continuis prœlijs diminutum esset, Thuscum ciuilibus seditionibus fatigatum, Hippocles, Cumæus postea dictus, & Megasthenes Chalcidensis Parthenopensem, Latinum, & Campanum agrum deuastant, & incendunt; sed præcipuè Campanos vexant: nam ibi ob loci amœnitatem, & fertilitatem inhabitare constituunt, & Cumam augent. Thusci postea sedatis seditionibus non solum Hippocleos ex Italia expellunt; sed Latinos perpetuis excursionibus affligunt: Alba regia Ciuitas depopulata est. Siluius ad Dalmatas fugam arripit, cum quibus, & Pelignis, Frentanis, Picentinis, Lucanis, Brutijs, Ætolis, & Liburnis pacto fœdere in Latio Thuscos fudit. A Thuscis Rhæ-
C tij deficientes castigantur. Athenienses superantur; v. illorum naues capiuntur. Denique Thuscum imperium propter ciuiles discordias paulatim defecisset, ni Latinus, alijque populi tam subitò in Thusciam irrupissent. Tum Thusciam Lucumones ad sex annos gubernant; & dignitas Larth primum creata: sub qua Thusci, Cyrn eo, Sardinia, Sicilia, insulis Africi pelagi, Histribus, parteq. Illiridis potiti, Italiam omnem occupant, præter Ligures, qui spontè tributum dedère: sed veteres dissensiones victoriarum gloriam ità obumbrant, vt, non modò quod adquisierant, verum, & colonias, vrbesq; præcipuas amiserint: Ianiculum à Latinis euersum, & dirutum. Interea multi ex Spartanis, vel quod

à feueriffimis Licurgi legibus abhorrerent, vel vt Brutios, & Ætolos focios à Thufcis defenderent, cum maximis copijs in Italiam nauibus applicant, & fimul cum focijs, fuperatis Lucanis, & Parthenopeufibus, Vulturni agros depopulantur, Sabinofque fugant: in hos fuas fundant colonias. Auentinus Latinorum Rex, occupata Campania, agrifq; Thufcorum, fulmine ictus interijt: in monte deinde, Auentino appellato, fepelitur. Latini à Thufcis trucidantur: Alba dimidia incenfa. Thufci Achæos incurfionibus vexant, oppida nonnulla diripiunt; eorum claffem quaffant, magna præda, feruis, nauibufque vij. potiti ad fua redeunt: quarè Achæi, Peloponnefiaci, & Argiui aduerfus Thufcos fœdus ineunt; aliquot Thufcorum colonias in Infubria, & in Vmbria euertunt; inde tranfacto biennio ad mare Tirrenum incurfionibus, depopulationibus, & incendijs Thufcos afficiunt Thufcorum exercitus fæpius ab ipfis fugatur. Vulterra Vrbs prima Italorum obfidetur; ideò Thufci compofitis ciuilibus diffidijs, à Lucanis, Daunis, Apulis, & ab ipfis hoftibus Latinis orant opem; præftant omnes. Achæi è Thufcia eiecti in Daunos, & Apulos odia, & arma conuertunt: quibus, continuis certaminibus fatigatis, potiuntur, & Sybarim Vrbem illam magnam, & inefpugnabilem condunt: inde deuictis Lucanis Pæftum ędificant; Brutios Ætolos, Frentanos, & Parthenopenfes fuperant; Phlægreium Thufcorum Coloniam occupant; item & alias xx. Ciuitates Italorum fibi vendicant; Locrum, Zephirium, Crotonemque, iampridem dirutum, iterum condunt: vfque ad Latium dilatant fines: tertiam Italiæ partem fuis colonijs replent tandem fortuna, quæ adhùc Thufcis fauit, adeò Achæis fauère cæpit, vt Thufci, & Latini cedere fint coacti. Poftremò Itali omnes in Achęos coniurant, à quibus plurima oppida deficiunt. A Gręcia ad Acheos noua auxilia: qui tandem victi fuiffent, nifi Spartani à Parthenijs tempore Meffenorum belli generati, & patriam relinquere coacti, ad nouas fedes adquirendas in Italiam venientes, eos adiuuiffent. Hi igitur, & Thufciæ feditiones Græcis de Italis victoriam dederunt. Lacedemonijs Brutiorum ager, & regio, quam magnam Græciam nominarunt, conceditur: hi Tarentum ædificant; & femper noua loca adquirunt. Et Thufci, & Latini priuatis diffenfionibus vexantur: & Græcani magnam Campaniæ, & Sabinæ partem occupant. Eifdem temporibus Meffenij, Chalcidenfes, & Zanclei è Græcia à Lacedemonijs expulfi ad Italiam communem portum: & poftquam maxima incommoda Thufcis Tranfapenninis colonis intuliffent, Vmbrorum, Pelignorum, Caracenorumq; agris deprædatis, Campaniam deuaftant: ibi fauentibus Achæis pluries cum parte Thufcorum, & Latinis congrediuntur, eofque vincunt: fed Spartani indignantes, Achæos ipforum hoftibus fauère, Thufcis Latinifque opem præftant. Lucani, Piceni, & Arpini ab Achæis deficiunt. Achæi, & Meffenij è Campania eiecti in Spartanos Italos odia exercent: cruentum prælium tres annos durauit; tandem Meffenij

Chalcidenses,& Zanclei superiores in locis olim Brutiorum sibi sedem eligunt; Rhegiumq; quod superiori anno diruerant reædificant. Ethrusco imperio discordijs. & seditionibus deficiente,Transapenninæ coloniæ incursionibus Histrium, Henetorum, & Rhætiorum, qui in libertatem se vindicauerant,vexantur. Populi Africi Ligurum auxilio audent occupare Lunam, obsidere Fesulam. Ob repertos Romulum, & Remum nepotes Numitoris, quem frater Amulius Regno priuauerat, Regnum Latinum commouetur. Romulus Thuscorum auxilijs fretus Amulium occidit; regnum Numitori restituit, Vrbem
A Romam reædificare incipit; quam cum asylum effecisset, tam citò creuit, vt hostibus resistere potuerit. Tum Romulus, cum coniugia deessent, ludos simulans Sabinas rapit: inde ipsi cum Cenninensibus, Crustuminis, Antemnatibus, Cæterisque Sabinis bellum oritur, qui, à Romanis victi, Romam augent. Sed Romulus victorijs superbiens, seq; Regem constituens, Thuscorum animos in se prouocat. Fidenates, & Veientes, qui primi arma mouent in Romanos, illorum vires experiuntur. Romulo occiso, vel, vt ab alijs dicitur, in Cœlum translato, Numa successit: & sic Latinum Regnum in Romanum conuersum. Numa regnante pax fuit Romanis. Sed Thusci non modo ab antiquis seditionibus exagitantur; sed etiam ab Illiricis, qui Liburnorum, Histrium, & Rhætiorum auxilijs post quinquennium colonias omnes vsque Parmam occupant: sed à Thuscis,Vmbris,Liguribus, Samnitibus, Campanisq;
B reijciũtur ipsi verò post biennium maximis comparatis copijs ad Ætolos applicant, & Achęos, atque Spartanos, qui diù inter se pugnauerant, adoriuntur, & superant; Magnæ Græciæ partem, & Ætoliam vsque ad fluuium Aufidum occupant: inde vsque ad Garganęos Montes potiti Brundusij arcem, Egnatiam, Rudium, & Barium ædificant. In hos Græcani, Thusci, Vmbri, Apuli, Peligni, Ferentani, Marruccini, & Vestini coniurant; & post decennium ob priuatas discordias superantur: Illirici namque ab Illirico, Dalmatia, & Sicilia exercitus nouos quot annis habebant. Siculi, & Cyrnei maritima Thuscorum, & Ligurum depopulantur: sed rępulsi à Thuscis, Messanam, & Argenium amittunt. Thusci colonias, & Campaniam recipiunt: & Roma-
C nis non parua intulissent incommoda, si concordes inter se fuissent. Tullus Romanorum Rex Fidenates, & Veientes superat, Albanos vicit, Albam diruit, Latinos inter Romanos recipit, Sabinis bellum indicit. In Ætolia Illirici Achęos superant; capiunt, muniunt, & augent Metapontum, & Heracleam. Thusci inter se decertant. Ancus Rex Romanorum Latinos superat; Ciuitates eorum deuastat, inter quas Politorium: in Tiberi pontem fabricat: Ianiculum Romæ addit: Thuscos ab agro Romano arcet: imperij Romani fines auget; Ostiam ad mare ædificat. Templum Voltumnæ Deæ Thuscorum corruit. Lucius Corinthius Tarquiniensium Lucumon, ob ciuiles discordias à patria exul,

Romam ſe recipit, & Romanorum Rex creatur; Tarquinius Priſcus nominatur. Illiricum imperium in Italia augetur. Dira peſtilentia Itali, & continuis bellis fatigati conueniunt. Tarquinius Latinos omnes ſuæ ditioni ſubiecit; nonnullas Ciuitates eorum incendit; cum Thuſcis fœdus inijt. Seruius verò, qui Lucio ſuccedit, Thuſcorum acerrimus hoſtis, Veientes, & alios Thuſcos fugat. A Thuſcis, vt ſolent deficiunt Coloniæ ſuperioris maris. Samnites Campaniam deprædantur. Rhætij montes tranſgreſſi Vallem Volturrenam, & Lacum Larium occupant. Pythagoras maximus Philoſophus, cum leges Crotoniatis, & Metapontinis dediſſet, eoſque ſcientias docuiſſet, ſedatis tumultibus Magnæ Græciæ, Brutiæ, Ætoliæ, & Lucaniæ, in Thuſciam venit: vix tandem in Vulſinij Concilio Thuſcorum animos placat. Thuſci pacatis rebus in Romanos ſcribunt milites. Sed cum Tarquinius iunior Seruio ſucceſſiſſet, cum Thuſcis amicitiam renouat; eorum multos Romam acciuit; certamen cum Volſcis committit; Suetia Pometia potitur; Gabini ſub Romanorum ditionem dolo filij Lucij Tarquinij rediguntur. Tarquinius dum Ardeam Rutulorum obſideret, ob ſua, filiorumque ſcelera à Bruto expellitur; & ROMA à Regum imperio liberatur. His temporibus Rhætij, Galli, Braccates, Allobroges, Cottiani Comonem, Brixillum, Bremum, Veronam, & Adriam Thuſcis adimunt: cum his Thuſci pluries congrediuntur: nonnullas Colonias recuperant. In Campania verò plures Coloniæ. Cumanis ducibus ab Ethruſcorum imperio deficiunt. Thuſci Voltumnæ Templum reædificant, & à Gallis Senonibus, qui hoc tempore Italiam petière, in Inſubria poſt multa certamina fugantur; ſed cum fœdus cum Apenninis ſuperioribus, cum Daunis, & Apulis iniuiſſent, trans Lacum Larium hoſtes repellunt. Tarquinij in Thuſciam confugiunt; Thuſcoſque in Ro- * * * A B

Quod hìc deficit nõ dum inuẽtum eſt

Vltimam Breuiarij partem à Lucio Velio ſcripti repoſuit hic huius arcis cuſtos Proſperus.

C

CIII

Scarith Die xxv Nouembr. M DCXXXVI.

ſinates . . . . montem fugiunt: inde ad Apenninum; vbi à Romanis ita profligantur, vt nunquam . . . . deficere ſint auſi. Apuani cum multa damna Piſenſibus, Feſulenſibus, & Bononienſibus intuliſſent à Thuſcis ſub Romanum rediguntur imperium. A Bononia ad Arretium, & à Placentia ad Arriminum viæ ſunt conſtitutæ. Ager Piſaurienſis, Mondinienſis, vel Mutinenſis, & Parmanſis colonis Romanis diſtribuitur. Italici bellum cum Macedonibus renouant, eo quod Philippus pacta non ſeruaſſet: ſeditiones, & tumultus ſecuntur. Perſæus tandem Philippi filius fratrem Demetrium occîdit; & inuito patre Regnum occupat. Celtiberi, & Luſitani in Hiſpania Italicos ve-

xant,ipsi apud Astam . . . . igantur ccIↃↃ cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ cccc . . . . sed à Liguribus exercitus Romanus, & Thuscus ad Lunam funditur. Vrbs illa occupatur: denique Thusci, & Romani ab Ingaunis in castris obsidentur: Pisenses, & Thuscorum classis è Sardinia reuersa obsessis præstant opem, qui ab obsidione liberantur, & hostes fugant, ad ccIↃↃ IↃↃ interficiunt, eosque ad deditionem cogunt. Romani Grauiscam ad inferum mare, & ad superum Aquileiam colonias deducunt. Histri, nè Aquileia colonia fieret
A prohibent. Ligures à Romanis pacem impetrant, & iterum deficiunt; quarè à duobus exercitibus circumuenti vincuntur, & plerique Parthenopem, & in Samnium ad nouas colonias condendas mittuntur. Corsi, qui rebellandi habebant concilia, ab Italis puniuntur: item Sardi Ilienses. Pisæ Thuscis indignantibus Romanorum coloniæ deductæ sunt. Prohibiti sunt Thusci, & Campani loqui, aut scribere alijs litteris, vel sermone, quam Latino. Albani Albam diruunt, & Romam incolunt. Latini, & Sabini inter Ciues Romanos numerantur. Hispani Celtiberi, Lusitani, Vaccei, Brachari profligantur ab Italicis, & eorum imperio subijciuntur. Itali in Hispania Gracchurim ædificant. Italia siccitate, & penuria vexatur, quibus pestis succedit. Histri superantur, qui accitis Gallis fugant Italos, eorumque castra diripiunt. Itali postea recipiunt castra, hostes debellant: ad Histriam fugere compellunt; il-
B lùc eos persecuntur; Nesactium obsident, occupant, populantur, ciues in seruitutem redigunt, Marenam, & Faueriam diruunt; Histros Romanorum imperio cedere cogunt. Sardinia à Sardis Iliensibus, & Balearis vastatur, deprędatur: Italicus exercitus, & Ilienses, & Balaros domat. Sardiniæ tumultus pacatur. Ligurum exercitus ad flumen Scultennam à Thuscis, & Romanis ita affligitur, vt ex eis pauci superfuerint. Romani Lunam colonos mittunt. Postquam Romanus exercitus è Liguria discesserat, Ligures, qui Scultennensi cladi superfuerant, Mutunensem agrum deuastant, Mutina potiuntur, quæ concisis Liguribus à Romanis recuperatur; Ligures in montibus circumsessi sunt; Liguriæ omnis Cisalpinæ Romani potiuntur; agrumque Briniatum, sed penè vacuum habitatoribus occupant. De Liguribus consecuta victoria Corsi tumultus excitantes castigantur. Persæus Macedonum Rex bellum in Italos
C parat. In hos per legatos Carthaginenses, & omnes Græcos sollicitat. Asiæ Rex Eumenes quæritur cum Romanis de Persæo, cui bellum indicitur. Itali, & Macedones in Thessalis congrediuntur. Macedones superantur. Massanissa, Eumenes, & Cappadoces Italis opem præstant, plerique Græcorum, Illirici, & Rhodij Macedonibus. Itali in Græcia plures vrbes diruunt. Romani Histris nonnulla damna inferunt. Persæus profligat, & fugat ad Lycdinum Italos; Dardanos sub iugo ponit. In Epiro inter Italicos, & Macedones pugnatur; Macedones fugiunt; Itali Macedoniam vastant; multas Ciuitates oc-

cupant; Persæum vincunt; totius Macedoniæ potiuntur. Gentius Illiridum Rex, cum Macedonicas partes sequeretur, à Romanis debellatur. Persæus in Samotracia captiuus efficitur. Syri, & Ægiptij Romanorum opera conciliantur. Galli Alpini victi sunt à Romanis, qui tota Italia potiti. Rhodijs, qui Persæo fauebant, ignoscitur. Itali Ptolemæum in Ægiptium Regnum restituunt: post nonnullas clades Corsos, & Lusitanos puniunt: cappadocum Regnum Nariathi restituere curant; hic enim à Syriæ Rege eiectus fuerat. Dalmatæ affligunt Illiricos; quarè à Romanis magnus exercitus in Dalmatiam missus, ab ipsis profligatur. Itali maiori exercitu Dalmatiam inuadunt, eamque occupant. Massilienses opem postulant à Romanis in Ligures Transalpinos: præstant. Itali debellant Ligures, agrisque eorum potiuntur vsque ad Antipolim. Hispani rebellant, præsidium Italicum in frusta concidunt; duos exercitus Italorum fundunt, fugant: sic ex pluribus prælijs victoriam de Italis consecuntur: tandem Publio Æmilio Cornelio duce Hispani debellantur: non modo Vaccei, & Catambri vincuntur; sed etiam Arenaci, Berones, & Austrigones Italicis subijciuntur: soli Lusitani Italos repellunt. Romani bellum indicunt Carthaginensibus, qui contra fœdera arma in Massanissam mouerant: exercitus duo in Africam mittuntur. Vticenses Italis spontè se dedunt. Carthaginenses veniam, & pacem postulant; dant obsides, naues, & arma; sed cum Italicos milites in Vrbe recipere nollent, Carthago aggressa est, & obsessa: oppugnatio, & obsidio difficilis succedit. Itali in Asdrubalem, qui cum exercitu montes occupauerat, & munierat, conuertuntur: primo impetu fugantur; inde Asdrubalem profligant; montes, valla, & munitiones adquirunt; oppidis, vrbibusque Carthaginensium potiuntur; denique post diuturnam obsidionem Carthaginem expugnant; Carthaginensem Classem perdunt; Asdrubalis exercitum ad Nesentum fundunt; regionem omnem suo imperio subdunt. Lusitani Italis iniquis conditionibus deduntur. In Macedonia noui tumultus excitantur. Andriscus quidam Macedoniam inuadit: hic Thessaliam occupare tentat. sed ab Italicis, & Achæis repellitur; ipse occiditur. Macedonia recuperatur. Thuscorum tumultus Romanos affligit; sed illicò sedatur. Romani Corinthum ab Achæis defendunt. Achæi Romanos legatos pulsant; quarè eis bellum indicitur. Achæis Boetij, & Chalcidenses opem præstant. Itali Achæos, & socios superant ad Termopylas, postea ad Istmon: Achaia ab Italis occupatur. Corinthum, Theba, & Chalcis diruuntur. In Hispania Viriatus Latronum dux Lusitaniam inuadit; duos Romanorum exercitus dissipat; cum Quinto Fabio Romanorum imperatore cruentum bellum gerit. Quintus plura oppida expugnat; Regionis partem recuperat: post multa certamina cum Viriato conciliatur. Viriatus postea à suo familiari vulneratus occubuit. Lusitania omnis sub Romanorum imperium re- A B C

dacta est. Celtiberi deficere cogitantes puniuntur. Thermistini, & Salassi populi Alpini à Romanis subijciuntur. Numantini bellum parant. Exercitus ex Italia Numantiã aduolat: A Numantinis dissipatur; ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃ Italorum occisi sunt; castra incensa. Lusitani denuò desciscunt; ab Italis denuò vincuntur. Itali fluuium Oblinum transgrediuntur: Gallicos debellant: cum Vacceis dimicant, & superantur, pleriq; trucidantur: accítis verò ex Italia nouis militibus eos vincunt, & obsident. Vaccei semetipsos trucidant. Numantini plures victorias de Italis consecuntur: tandem ab ipsis Italicis, & Numidis superati, & obsessi semetipsos interficiunt: Numantia diruitur. In Illiridi Vardei in Italorum ditionem veniunt. Scordisci in Tracia ab Italis fugantur. Serui Euno, & Cleone ducibus vexant Siculos; quatuor Italorum exercitus profligant. Attalus Asiatici Regis Eumenis filius decedens Romanos hȩredes instituit. Aristonicus eius frater regnum occupat. Romani magnum exercitum contra Aristonicum mittunt; qui primo impetu ab Asiaticis dissipatur: iterum Italici Asiam adeunt; vincunt; Aristonicum captiuum Romam ducunt; regnum recipiunt. Romani plures annos ciuilibus seditionibus anguntur. Iapygij à Romanis deficiunt; multa damna colonis inferunt; fundunt, vincunt Romanum exercitum; ipsi tamen à Romanis domantur: sicut etiam Sardi, qui ab Italis defecerant, & maritimos Thuscos afflixerant. Massilienses ab Italicis in Falanios opem petunt: auxilium præstatur: Falanij à Massiliensium finibus repelluntur; & post nonnulla prælia superantur. Transalpini Ligures, qui & magnis incommodis Italicum exercitum, & Massilienses affecerant, & Insubriam, & Lariensium loca vastauerant, deuicti sunt. Fregellanis ducibus Thusci, Vmbri, Campani, & Ligures defectionis habent cõcilia: cum Romanis dimicant; eosque fugant: postea ab eisdem fugantur: Fregellani castigantur: eorum agri incenduntur: Fregella diruitur: alijs Italis ignoscitur. Ad Baleares pugnatur. Itali Insulis potiuntur. Romani quamuis ciuilibus discordijs agitati in Africam in loca olim Carthaginensium colonias mittunt; & in Italia Tarentum. Itali bellum indicunt Saluijs, qui Antipolitanum agrum deprædantes Varum transierant, & Ligurum oppida Romanis subdita euerterant: scriptus exercitus mittitur in Galliam, à flumine Isara ad fluuium Cennam potitur; ibi Itali coloniam condunt; eam à nomine ducis Aquam sextiam vocant: inde in Allobroges, qui Saluijs fauerant progrediuntur: eos Heduorum auxilio apud Vindalium fugant; ipsorum loca occupant: illùc colonias mittunt: Allobroges penitus profligant, & vincunt: ex illis cccIↃↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃ. occidunt: reliquos ad deditionem compellunt: postea Rhodanum transeunt: Galliam Braccatam deuastant; montes transgrediuntur: cum Aruennis pugnant; eos superant. illius regionis Regem captiuum efficiunt; & maximas victorias consecuti in Italiam redeunt. Ligures Alpini

sibi

ſibi libertatem vindicant; à Vocontijs, Sentijs, & Sarnijs adiuuantur: ab Italis non modò Ligures, & ſocij debellantur, & vincuntur; ſed etiam iterum Rhodanum traijcitur: regio illa vaſtatur: omne quod eſt ad Lacum Lemanum occupatur. Eodem tempore Itali in Numidiam traijciunt, vt Regnum ab Iughurta Adherbali occupatum Regi reſtituerent. Ab Iughurtinis ex Africa pelluntur. Scordiſci è Tracia in Macedoniam tranſgreſſi, eam oram depopulantur: repulſi ab Italis in Traciam confugiunt: Itali Scordiſcos perſecuntur: ab ipſis, & alijs Tracibus circumuenti profligantur: ex Italia nouus miles miſſus eſt, qui è Tracibus victoriam reportat. Cogitur alius exercitus in Numidas; qui ex Italia in Siciliam, & è Sicilia in Africam nauigat; vbi otioſus diù permanſit; Iughurta enim ductores pecunia corruperat, & ad pacem induxerat; quam vt firmaret, Romam venit: illhinc clam diſcedit: timens in Africam redit: cum Italis congreditur: ipſos ſuperat, & eijcit; ſed cum noui Italici exercitus Numidiam inuaderent, Numidæ magnis cladibus affecti ſuperantur. Cimbri vltimi ſeptentrionales populi Illiricum deuaſtant, cum Italis, & Illiricis dimicant; vincunt; victores in Hiſtriam excurrunt; alium Italorum exercitum fundunt, ſedem in Italia petunt; Legati non modo non auditi, ſed expulſi ſunt; ipſi in Rhætijs iterum cum Italis pugnant; & ſuperant; hoſtium pleroſque trucidant; Imperatores captiuos faciunt; in Galliam deſcendunt; omnia vaſtant, & incendunt; ad Lacum Lemanum oppida omnia expugnant, & depopulantur; Maſſilienſes, Saluios, & Allobroges profligant, eorum agros diſperdunt; adueniunt ad Rhodanũ; ibi duos Italicos exercitus fugant; CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ IↃ. Italos concidunt; Braccatos Gallos perdunt; Pireneos montes ſuperant; in Ceretanos, Ilergetes, atque Etecanos excurſionem faciunt; Iberum traijciunt; cum Celtiberis præliantur; à Celtiberis repulſi reuertuntur; quos inueniunt Italos occidunt; redeunt in Gallias: tranſgreſſi Pireneos populantur Aremonicos, & Celtos; cum Theutonis, & Ambronicis iunguntur; & in Allobroges redeunt. Interim in Numidia victus ab Italicis Iughurta è Regno expellitur. Bochus Rex Mauritaniæ ei ſuccurrit; ſed vterque ſuperatur: Iughurta à Bocho hoſtibus proditur: & Numidia Romano ceſſit imperio. Italici contra Theutones, & Cimbros in Galliam progreſſi, ab ipſis in caſtris apud flumen Iſaram obſidentur: ſed ductoris induſtria ab obſidione liberantur. Theutones relinquunt Italos in caſtris; & Italiam petentes ad Aquam ſextiam adueniunt; vbi duobus certaminibus ita debellantur, vt omnes aut caderent, aut captiui in ſeruitutem redigerentur. Ex altera parte Cimbri reliqui à Theutonis disiuncti Viraſſum montem aſcendunt; per Rhetios, & Noricos ad Alpes veniunt; pluries cum Italis dimicant; occupant montium cacumina; pugnant ad flumen Atheſim; victores Italiam adeunt; Liguriæ partem populantur; inde in Inſubriam depopulaturi excurrunt: propè Vercellam ab Italis ſub ducatu Caij Ma-

A

B

C

rij, & Quinti Luctatij penitus debellantur, & vincuntur. Traces etiam ab Italis superantur. In finibus Allobrogum à Gallis Tigurinis, & Heluetijs Itali fracti profligantur. Thusci, Ligures, & Siculi à Piratis vexati classem parant, & Marco Antonio duce ipsos fugant. Roma seditionibus plena. Siculi cum seruis præliantur: tandem victos seruos castigant.

Lucius Velius hoc breuiarium scripsit, quod ex Thuscorum Annalibus; & ex monumentis Thuscis, Græcis, Hebraicis, Vmbris, & Latinis, quę in Vulterranorũ Augurum Gordo, & in Anginasth Senatus adseruantur, deprompsit hoc anno
A ciↄ ciↄ iↄccLX. Romanis Consulibus Marco Antonio, & Aulo Posthumio; Vulterrani Senatus Metio Ampustio Præside: Lucio Aulico Thuscorum Maximo Pontifice, Asco Petronio Augurum Præfecto, & Lucio Scauro Collegij Magistro.

C. *Scarith Die v. Nouembris. M DC XXXVI.*

Partem Breuiarij, quam ego Prosperus scripsi hic repono.

Italicum historiarum Breuiarium scribit Prosperus Fesulanus ab anno Ethrusco ciↄ ciↄ iↄcclx. vbi Lucius Velius desijt, vsque ad hunc annum ciↄ ciↄ iↄccxcvj. Belli seruorum in Sicilia finis: tum Betici, & Lusitani ab Italico imperio deficiunt: at citò qui defecerant cladem accipiunt; Vscona, & . . . . . astu Quinti
B *Sertorij capta, reliqui fracti. Tigurini Galli, quod Italicos trucidassent pœnas dederunt. Romani Cirenei Regni à Ptolemæo hæredes sunt instituti. Ariobarzanes à Gordio è Regno Cappadociæ expulsus ad Italos confugit, qui exercitum in Asiam mittunt. Armenij Cappodoces adiuuant: sed Italici vtrosque maximis cladibus afficiunt; Gordium expellunt; Ariobarzani Regnum restituunt; multa loca obsident, & oppugnant, Armeniorumq; Regionem vsque ad Euphratem deuastant . . . . post multas clades Nicomedem in Bithiniæ regnum, ex quo à Mitridate expulsus fuerat, restituunt. Parthi cum Italicis amicitiam, fœdusque ineunt. Sed in Tracia non solum Italicum præsidium trucidatum,*
C *sed etiam exercitus fusus, fugatusque fuit . . . . ciuilibus discordijs Roma diuexatur, eas . . . . Lucius Liuius fouet, qui Senatui iudicia, plebi agros, Italicis populis ciuitatem Romanam dare volebat, Equitibus verò curiam: at Italicos Romana Ciuitate donare non valuit: ex hoc eius mors consecuta est, & bellum sociorum. Marsi Pelígni, Vestini, Marruccini, Picentes, Iapygij, Lucani, Samnites, Vmbri, Thusci præter Vulterranos, Arretinos, Grauiscos, Senenses, Pisenses, & Lunenses in Romanos coniurauère. At cum reliquis etiam Thuscis Ciuitas Romana concessa fuisset, ab incepto desistunt. Verum reliqui Italici, quod non essent inter Ciues Romanos assumpti, se Romanorum infestos hostes profitentur. Picentes quos possunt Romanos in frusta concìdunt. Asculi cæsus*

est

eſt Quintus Seruilius . , . . atque ciues Romani, qui cum eo erant . . . . . . contra . . . . Roma . . . fracta: cuncta Romanorum . . . . Campania depopulata . . . & inter . . . . Romanorum . . . concidunt . . . . vſque in Latium excurſionem faciunt. Sed Caius Marius dux Romanorum magna licet ſuorum iactura eos repellit; deinde Romana obſident castra exercitumq. iterum fundunt. Reliqui Italici, Gallicique populi, præter quam Thuſci, contra Romanos arma mouent: multæ Romanorum coloniæ ſunt deuaſtatę, Soli Latini Romanis opem ferunt; quarè fœderatorum, ſociorumq. extra Italiam auxilia expoſtulant; quorum auxilijs adiuti Romani ex hoc periculoſo bello ſe eripiunt: nam Marſi . . . . datis, acceptiſq; cladibus à Caio Mario, Lucio Murena, Cæcilio Pinna, & Lucio Portio, funduntur; Galli Tranſalpini à Caio Cęcilio. Marrucini à Seruio Sulpitio, Cneus Pompeius Aſculum recuperat. Tandem Veſtini, & Peligni pacem inuiti petunt: item Vmbri ab Aurelio . . . . Hirpini, Iapygij, & Samnites à Lucio Sylla ad pacem petendam coacti: attamen Samnites non acquieſcunt. Reliquos verò Italos ad idem Marcus Æmilius compellit. Traces pluries Italicis ſuperatis in Macedoniam progrediuntur: vbi quam plurimas Ciuitates expugnant, agroſq; deprædantur, & deuaſtant. Cum autem ſociorum bellum deſijſſet, maius quoddam inter Caium Marium, & Lucium Syllam; qui Italiam omnem in partes diuiſerant. Conſul igitur Sylla Marianorum furore coactus ad exercitum in Samnites confugit, quem Romam duxit. Marium inde cum ſuis expellit, qui poſt multa incommoda in Africam progreditur. Interim Rex Ponti Mitridates Bithinię regnum, & Cappadociæ inuadit: exercitum Italicum, quem Marcus Aquilius ducebat ſuper . . . . & in Phrigiam . . . . . iterum profligatos exercitus . . . . . . occupata Aſiæ parte . . . . & Ho . . . . potitur . . . . . Italos omnes, qui in ea regione erant vno die trucidat . . . . inde Rhodum aggreſſus expugnat . . . . . Phrigiam . . . . cum Italicò exercitu confert manus, tum reuerti, ac cedere cogitur: in Græciam exercitus mittit; Atticam regionem occupat; Athenas expugnat; contra Mitridatem Lucius Sylla cum exercitu miſſus inijt conflictus; Athenas obſidet capit. Mitridatis exercitus à Tracibus adiutus Macedoniam omnem inuadit; deinde Theſſaliam progreſſus cum Italicis dimicat ab ipſis ſuperatur, qui etiam castra diripiunt: igitur Mitridatis exercitus profligatus eſt. Pontini ad Ghethomeniam, & Thoromam duobus prælijs penitus funduntur, & Itali illorum claſſe potiuntur . . . . que portum recuperant. Mitridates . . . . . . in Aſiam . . . . omnes Ciuitates, quę ſub Italorum ditione erant vaſtat . . . pugnatum in Macedonia ſæpiſſimè: Traces iterum in Macedoniam excurſionem; & citò ab Italicis debellantur. Italici inde poſt eiectos Traces in Aſiam progrediuntur, multaſq; Ciuita-

A

B

C

uitates recuperarunt : Medos *, & Dardanos debellant. Ab ipſis coactus* Mitrida-
*tes cedit Aſiam, Bithiniam, & Cappadociam : ſed cum eo pace, fœdereque firma-
to, Nicomedes, & Ariobarzanes in regnum iterum ſunt reſtituti. Eodem tempore*
R*omæ Cornelius Cinna, alter Conſul* Romanus*, poſt Syllæ diſceſſum ex Italia;
Mariana parte . . . . cum Collega diſſentiret . . . . exerci-
tum duce . . . . Marius in Italiam reuertitur . . . . Thuſci,
& Samnites Mario adhærent. Marius Oſtiam diruit; Romam progreditur com-
mittit cum Pompeio, Ariciam, Antium, Mar- . . . & Lauinium deuaſtat; Romanos*
A *extor . . . . . . aduerſarios omnes eijcit; demum moritur. Sylla in Italiam
redit : poſt multos conflictus victor euadit; . . . . . . Caium Marium iunio-
rem Præneſtæ obſidet, qui deſperans manus ipſe ſibi infert. Sylla Thuſcos apud Clu-
ſium, & Samnites propè Romã fundit; Marianos ex Italia propellit, eum ex tribus
prælijs, in finibus Vulterranorũ, ſcilicet Fidẽtiæ, & Fauentiæ victor euaſiſſet. Romã
progreſſus Romanorũ ccciↃↃ. occidit; Parthenopen . . . . Partheno- . . . . item, & Far-
netanos: maritima Thuſcorum . . . . . . deuaſtat; Populoniam diruit; Vadam capit;
inde Feſulam; agrum Vulterranum deprædatur; Vulterram inuadit quam poſt diu-
turnam obſidionem dedere coegit; deinde depopulatur : quam plurimos ciuium inte-
rimit, & eorum bona publicat; totam Thuſciam, quæ . . . . : . . agroſq; militibus
diſtribuit, Cærem penitus deſtruit; Sardiniæ, deinde Siciliæ potitur; exercitum in
Africam mittit, Numidiam, quæ Marianas partes ſequebatur ſub iugũ ponit; Sam-*
B *nites diſperdit, Nolamque recuperat; ipſorum nomen delet; dirimit, deſtruitq; Bo-
ianum, Teletiam, Paunam, Æſarniam; & in Campania Stabiam . . . . . . binum . .
. . ranlam . . . . . . Tandem moritur. Mortuo Sylla . . . . . . Marcus Æmilius Roma-
nus Conſul Roma diſcedens venit in Thuſciam. Thuſci ab eo hortati . . . . . . à Roma-
nis deſciſcunt; & maximis comparatis copijs . . . . . . Romanorum agros; congre-
diuntur cum . . . . vſque ad Vrbis muros excurſionem faciunt, eoſque . . . .
animat; ſed à Quinto Luctatio Conſule reijciuntur, & duobus prælijs fugantur, &
. . . . tributa ſunt . . . . . . Æmilius . . . . . . ex Italia in Sardiniam
progreſſus, nouum dum bellum parat à Romanis interfectus eſt. Quintus Sertori-*
C *us . . . . . victoriam conſequitur : traiecit Iberum . . . . . ſuperat
Pyreneos . . . . Calagurim . , ... Parthonor- . . . . . . trucida-
tur : deinde Las- . . . . . & Luxam occupat; nauali in prælio ab . . . .
à mare, à ventis, & ab hoſtibus deuictus . . . . biam reuertitur . , . . .
deuincit; deinde . . . . , . Hiſpaniam omnem ſollicitat; multas ciuitates
inuadit; nouos Italorum exercitus ſuperat : tandem . . . . . . Callaguris . . . . .
obſidione . . . . . Pompeium deuincit . . . . Quintus Sertorius cum
Mitridate Rege Ponti fœdus init contra Romanos, qui dum cenaret à Marco Perpen-
na, alijſq; eius miniſtris, qui in ipſum conſpirauerant. interemptus eſt. Hiſpani
iterum Italicorum imperio parent. Italici Ciliciæ populos deuincunt, & poſt multa*

prælia Traces ſuperant : demum cum Dàrdanis committunt. Iſauros domant.
Piratas expugnant; eorumque Ciuitates aggrediuntur. Interea in Italia cruentiſſi-
mum bellum excitatum eſt à Gladiatoribus, qui Roma Capuam fugerant, & ibi . .
. . . . exulibus, & ſeruis coniuncti Apuliam, Brutiam, Lucaniam, Campaniam,
Thuſciam, Vmbriam, Latium, Liguriam vſque ad Alpes . . . . . turbauère;
pugnauerunt, ſeptem Romanorum duces . . . . . . deuicerunt; atque Italiam
omnem deuaſtarunt, & deprædati ſunt; deinde eorum ιɔɔɔ ccιɔɔ ccιɔɔ ccιɔɔ. trucida-
ti fuère . . . . Nicomedes Bithiniæ Rex Romanos Regni hæ-
redes inſtituit. Mitridates fracto contra Italicos pacis fœdere eis bellum mouet,
Bithiniam inuadit . . . . . . exercitum in Calidonia Italicum quaſſat: at, tribus A
Italicis exercitibus ſuperuenientibus, victus, & poſt aliquot prælia obſeſſus, fractuſ-
que apud Cizicum de Bithinia eiectus fuit; atque poſt multas clades, infortunia, &
naufragia in Pontum fugere coactus eſt; quò eum Italici perſecuti. . . . . pluri-
mis certaminibus deuincunt: pleriq; ſuorum trucidati. . . . . . ipſe relicto re-
gno in Armeniam fugit. Tigranes eius Regionis Rex eum recipit, & adiuuat. Ita-
lici in Armeniam progrediuntur pluries cum Tigrane, & Mitridate committunt;
quos ſuperant, & terga vertere cogunt; plenamque victoriam conſecuti fuiſſent, ne
militum ſeditiones . . . . Piratæ multis ſibi adiunctis . . . .
præſertim verò Siciliam, Corſicam, Sardiniam, & Italiam: deprædata verò Thu-
ſciæ parte Romam vſque excurrunt; tranſitum Tirreni maris occupant. Dux Cneus B
Pompeius eos perſecutus vſque in Ciliciam . . . . . . vbi eos vincit, ſeque dedere co-
git. Cretenſes, qui Mitridatis partes ſecuti Italicos fugauerant, ab ijſdem coacti
terga vertunt . . . . Creta fracti ſunt, Cnoſon, Lyctum, Cytheum, Cydonia
expugnantur: tandem Cnei Pompei claſſe ſuperueniente . . . . & Inſula
Italicis obedire coacta eſt . . . . alius Italorum exercitus Traces debellat . . . .
Cretenſibus, Tracibuſq; ſuperatis. . . . . . . & alius exercitus contra Mitrida-
tem iungitur, qui duobus prælijs victus fugit in Boſphoron . . . . . Tandem Tigra-
nes poſt multas clades cedit Italicis, eiſq; Phœniciam, & Ciliciam concedit. Cneus
ſequitur . . . . Mitridatem . . . .
. . . . Caſpijs, & Medis excurſionem . . . . in Pontum re-
uertitur: & regnum illud Italico imperio dedit. Mitridates autem à filijs perſe- C
cutus, ipſe ſibi mortem conſciuit. Romanis autem victorijs inſoleſcentibus, atque
propter Marianum, & Syllanum bellum bonis omnibus extinctis. . . . . . boni
mores defecerant; nullę . . . . . . virum opprime- - - . . . Italiam vexabant, &
præſertim Thuſciam. Lucius Sergius Catilina optimæ indolis adoleſcens, Ciuiſque
optimus à calumniatoribus penè oppreſſus fuit. Roma eſt repleta ſeditionibus, Thu-
ſcia armis, Italia omnis timore, & . . . . . Dij quid futurum ſit norunt: homines,
nè omnibus mala eueniant, timent.


Ego Proſperus Veſulius Augurum ſcriba hanc Breuiarij partem ſcripſi.

ETHRVSCARVM ANTIQVITATVM FRAGMENTA

LIBER TERTIVS.

A

LIV.
Scarith Die xix Septembris.
MDCXXXV.



Hoc sacrum Magni Patris Vandimonis monumentum commendo tibi plurimum. Ea, quia pulcherrima, Latinis Literis volui transcribere; sed non licuit. Magni Vandimonis verba quomodo sint Latina lingua donata, ibi cognosces. Hęc supra Penates commendo tibi: quarè id ità, scio Ego Prosperus.

B

C

Sub primo Cortice sequẽtis exemplaris.

Hic repono sacra Vandimonis Verba, quæ tibi, vt possum, commendo plurimum. Ea, nè damnum ferri, aut aliud patiantur, his laminis circumdedi. Caue tibi ab omnibus, de quibus sæpissimè te monui, & monebo; quia felix eris. Licet Auguria, vel Astra non cogant; attamen cauere sibi prudentia summa est.
Ego Prosperus hæc tibi.

A LXXXV. Scarith repertum Die VIII. Ianuarij anno MDCXXXVI. ex multis, diuersisque corticibus compactum erat, vt in sequenti exemplari.

B. Primus Cortex ex bitumine, cuius pars interior tela erat circundata, quę tela statim in puluerem redacta est. Sub eadem tela superiores Characteres in paruula Charta lintea erant à Prospero Fesulano exarati.

B


A. Secundus Cortex ex bitumine; sub quo erat quædam petitio ipsius Prosperi, vt infra 161.

D. Tertius Cortex ex plumbeis laminis. Inter has laminas, & quartum Corticem erant quamplurimę Chartę cum Subsignationibus, vt infra 163.

C C. Quartus Cortex ex creta, quæ ignem experta nondum fuerat.


VERBA
VANDIMO
NIS
B
D
A
C

A



B

C

Superius exemplum erat quintus Cortex ex creta, quæ erat igne durata, & erat clauſus in quarto cortice.

Sextus Cortex ex plumbo, vel potius ſtamno; Hic claudebatur in quinto Cortice. In hoc in ſuperiori parte Characteres, quos vides inciſi erant. Intus autem quinque Chartæ Linteæ, in quibus erant tranſcripta Verba Magni Vandimonis.

A



B

C

Proſperus Feſulanus Collegij Augurum ſcriba, & Cuſtos arcis Scornelli petit à Pontifice Maximo, à Præſidente Senatus, & ab Augurum Præfecto, vt ſibi concedatur, vt poſſit in dictam arcem transferre, & apud ſe retinere Magni Vandimonis ſacra Verba, vt maiori diligentia ea cuſtodiat.

Ego Aulus Maurus Pontifex Maximus concedo Prospero, vt petit.

A



Ego Tibur Sorosius Præses Senatus concedo Prospero, vt Patris nostri Magni Vandimonis Verba in Arcem Scornelli secum transferat.

B



Ego Elbius Dándolius Præfectus Augurum concedo nostro Prospero, quod petijt.

C



Suprascriptę subsignationes in ipsis scripturis diuersis Characteribus sunt adnotatę.

CVM VEL NOSTRORVM INCVRIA ET NEGLIGENTI
A · VEL ROMANORVM POTENTIA AVT INVIDIA
ETHRVSCA LINGVA DEFICIAT NE SANCTIS A
SIMA HÆC MAGNI VANDIMONIS MONV
MENTA QVÆ MAIORES NOSTRI TANTI
ÆSTIMARVNT · INIQVITATE TEMPO
RVM PERIRENT PONTIFICI MAXIMO
SAGIS PRÆSIDI ET VNIVERSO SENATVI VVL
TERRANO PLACVIT · VT ITERVM LITTERIS
LATINIS SCRIBERENTVR · QVAM DELI
BERATIONEM PRÆFECTVS MAGISTER
ET OMNES SOCII AVGVRVM APPROBAVE
RE · QVARE VNIVERSVS POPVLVS VVL B
TERRANÆ CIVITATIS IN MAGNAM PLA
TEAM CONGREGATVS ME ANCVM CE
CINNAM AD HOC MVNVS ELEGIT IDE
O EGO FIDELITER QVÆ ETHRVSCO
SERMONE IN MEMBRANIS LINVS MAV

rus ſcripſit, Latinis literis tranſcribam. C

Ego Linus Maurus à Thuſcorum Concilio apud Populonienſes habito hoc anno cıɔ ıɔcccxcv. electus ad tranſcribenda verba Magni Vandimonis Patris noſtri; quæ Rex Atrabanus, cum Hebraica lingua corrumperetur in corticibus quercus adnotauerat, in his membranis tranſcribam, & à temporis faucibus eripiam.

Artabanus Rex præcepit mihi Aruno, vt verba, quæ Magnus Vandimon dixit filijs, nepotibuſque ſuis, quæ Dodaimus Hebraicis litteris in lateritijs notauerat, Ethruſco ſermone in his corticibus inciderem.

Hæc Verba Magni Vandimonis ego Dodaimus scripsi, vt Rex Cranus præceperat.

Ego Cranus Razenuus Rex hæc, quæ moriens nobis filijs suis dixit Noa Vandimon pater meus, in lateritijs scribenda curaui; vt filij nostri eorum semper recordarentur. anno XX. post Noa.

Sicut in lateritijs scriptum erat, ità ego Arunus transcripsi.

A Ego Artabanus Rex Aruno præcepi, vt hæc, quæ Hebraicis literis in lateritijs notata erant, in Ethruscam Linguam versa in Corticibus incideret: quod diligenter, & fideliter ab eo factum esse, assero: quapropter Cortices ceratos Signo Regio subsignaui Anno regni XXXII.

B 

Ego Sagus Thuisco Armenius affirmo hæc supra ab Aruno scripta nihil ab eis, quæ Dodaimus scripsit, differre.

Item ego Vulturnus assero.

C Hæc omnia Ego Linus Maurus Augurum Magister in his membranis transcripsi.


Anno CIↃ CCCXC VIII. à Vulterra condita Concilium Thuscorum Perusij habitum hæc, à sapientissimo Lino Mauro conscripta, eadem, quæ in lateritijs à Rege Crano, & in Corticibus à Rege Artabano notata fuerant, esse iudicauit: quarè ea Signo Concilij subsignari, ab vniuersis Patribus decretum est.



Ego Ornus Pomarius Vulterranus Lucumon ſubſignaui.
Ego Accer Croſius Peruſinus Lucumon. A
Ego Fullus Luinius Arretinus Lucumon.
Ego Alcus Rolleius Feſulenſis Lucumon.
Ego Morchus Aredius Cæritum Lucumon.
Ego Lartes Caniſacius Lunenſis Lucumon.
Ego Cronus Specchius Cluſinus Lucumon.
Ego Proſperus Magneſus Populoniæ Lucumon.
Ego Arbus Aſnardus Ruſſellanus Lucumon.
Ego Aruns Lodius Lucumon Vulſinius.
Ego Gomerus Fuſius Bolſinenſis Lucumon. B
Ego Ancus Bàtulus Cortonenſis Lucumon.
Ego Hercules Ramius Ianiculenſis Lucumon.
Ego Tibur Sancholius Saturniæ Lucumon.
Ego Tarcon Cranceus Veientum Lucumon.
Ego Tarcon Eborceus Vetulonienſis Lucumon.


Ego Azzus Moriconius Thuſcorum Maximus Pontifex his omnibus Peruſij præſens fui anno cIↃ IↃ cccxcviij. decimo Kal. viij. Menſis; quarè ea ſubſignaui.

C



At Kalendis octaui Mensis Vulterræ in Templo Maximi Esaris ea, vt Pontifex, iterum signaui, vt moris est.

A




Ego Azzus Moriconius Pontifex Maximus.

Ego Titus Volturrenus primus Sagus. Ego Cronus Dorius.
Ego Meuius Olanius. Ego Ancus Lichius.
Ego Aruns Cesius. Ego Meuius Archius Perusinus.
Ego Tibur Crosmirius. Ego Titus Rolleius Fesulensis.
B Ego Antes Mericaneus. Ego Ornus Cepis Perusinus.
Ego Prosperus Memamius. Ego Asmus Gessius Lucensis.

Nos Dorchethes sacrosancti Collegij Augurum omnia suprascripta à Tito Volturreno primo Sago accepimus, quæ cum exemplari Ethrusco, & Hebraico collata, conuenire affirmamus.
Ego Aulus Cecinna primus Dorchethes scripsi.
Ego Lucius Farsius Fesulensis affirmo.
Ego Arbus Borosius Mediolanensis Vulterranus Dorchethes.
Ego Lampridius Sisenna.
Ego Tibur Athimus Albanensis Ethruscorum Augurum Præfectus visa omnia confirmo.

C



Accer Tircon Patauinus Collegij Scriba subscripsit, & signauit an-

no Vul-

NO VVLTERRÆ CIƆIƆCCCXCVIII

HÆC OMNIA ADNOTARE VOLVI NE A
DE VERITATE HVIVS SERMONIS
SIT DVBITANDVM ET VT OMNIS PO
PVLVS VVLTERRANVS ET OMNES
QVIBVS PERMISSVM FVERIT HÆC
PRÆCIOSISSIMA ET SANCTISSIMA
MONVMENTA VIDERE COGNOSCANT B
ME OMNEM DILIGENTIAM ADHI
BVISSE IN HOC MVNERE
EGO ANCVS CECINNA

anno CIƆCIƆIƆCXLI tertio idus
vii mensis coacto universo po
pulo in magnam plateam a su C

praſcripto Anco traditæ fuerunt Maximo Pontifici Thuſcorum, & Præſidi Vulterrano chartæ v. in quibus Romanis litteris delineata erant Magni Vandimonis verba, & xj. aliæ chartæ linteæ, in quibus antiquæ affirmationes, confirmationes, & ſubſignationes erant tranſcriptæ, quas à nobis populo lectas, ipſe viua voce confirmauit.

Herculanus Maurus primus Martis Sacerdos.
Elbius Cecinna Herculis primus Sacerdos.

 Ego

Ego Caius Montonus patritius Senenſis, Thuſcorum Maximus Pontifex ſupraſcripta confirmo; & committo, vt poſthàc abſque Pontificis permiſſu nullus, præter Præfectum, Magiſtrum, & Scribam Augurum ea legere, aut videre poſſit: Qui non obtemperauerit ſæuiſſima pœna punietur.

A



Ego Menodorus Dandolius primus Sagus.
Ego Lartes Atriarius ſecundus Sagus.
Ego Tatius Orbianus.
Ego Nuccius Voluſius quartus Sagus.
B Ego Oldus Dorius ex duodecim Sagis quintus.
Ego Cæſo Quintius.
Ego Azzus Moriconius Sagus ſeptimus.
Ego Proſperus Caferoneus.
Ego Antes Nicoroſius Arretinus Sagus nonus.
Ego Occus Arentius Arretinus.
Ego Titus Burius Piſenſis vndecimus Sagus.
Ego Ennius Voltius Senenſis vltimus Sagus.

Ego Arcilius Volumnius Vulterranæ Vrbis Præſes ſubſcripſi; & quod Pontifex iuſſit confirmaui.

C



Ego Aruns

Ego Aruns Velleius primus Arunensis.
Ego Menippus Sorosius secundus Arunensis.
Ego Titus Aulicus tertius Arunensis.
Ego Lucius Alerius quartus Arunensis.

Vniuersus Senatus hæc approbat, & confirmat; quarè Ego Meuius Aruncus Senator Vulterranus, & primus Scriba Senatorio Signo signaui.

A



Nos Duodecim Gubernatores nomine omnium patritiorum hæc confirmamus.

Ancus Flaccus. Persius.
Caius Aruncus.
Turnus Memanius.
Orchus Lichius.
Tibur Moriconius.
Morchus Caferoneus.

Titus Gargalius.
Menippus Gabius
Ansur Volumnius. B
Orcius Caialus.
Aruns Torpius.
Dorcus Dandolius.

Ego Lucius Laburnasius Scriba subsignaui.

C




Ego Lidoris Felsinius Magister Equitum subsigno.



A

Ego Marcus Ferosius primus Sares.
Ego Ennius Memmius secundus Sares.
Ego Ancus Cencius tertius Sares.
Ego Vancus Marmaceus quartus Sares.

Ego Ornus Pucius Tribunus Boltursenæ approbo.




B


Ego Vancus Gestus Tribunus Betuloniæ approbo.



C Ego Titus Lamus Tribunus Tessæ.



Caius Maſſus Tribunus Hacani approbat.



Nos viginti maiorum Artium populi Vulterrani Vriſteres approbamus ſupraſcripta. A

Ego Lamus Gellus.
Ildus Ceus.
Marcus Peris.
Meſſius Parelus.
Nuccius Franacius.
Antes Fortus.
Titus Aladinus.
Oſcus Libacus.
Pailus Pigius.
Ancus Mecus.

Cronus Alicus.
Franus Leſius.
Ennius Geſtus.
Marcus Codus.
Caius Accionus.
Lucius Niger.
Oſnus Doccus.
Vancus Vegius.
Morcus Aſſus. B
Elbius Cethius.



Accer Nolus Collegij partis ſuperioris Senior approbo.
Pomponæus Feus vnus ex Bolturſenæ Tribus Collegio. C
Barcorius Dinus tertius electus approbo.
Lidoris Fidicus.




Ansur Feus Betuloniensis Collegij senior.
Vancus Emus.
Pailus Niger.
Occus Codus.




A

Arcilius Gaius senior Collegij Medianæ tribus.
Nuccius Manuceus.
Ascus Lamus.
Marcus Vincus.



Nuccius Ceus Collegij partis vltimæ senior.
Arus Otrus.
Titus Alicus.
B
Aulus Libacus.



Ego Menippus Cepis Perusinus Augurum Magister suprascripta omnia vidi, legi, & cum Ethruscis contuli, à quibus in nullo ea discrepare, affirmo.

C



Ego Aruns Petronius Dorchethes affirmo, & totius Collegij nomine confirmo.
Ego Caius Seruilius Romanus.
Ego Occus Sorosius Dorchethes.
Ego Vesulius Fesulanus.
Ego Neuius Saucius Præfectus Augurum confirmo, & ideò subsigno.



A

Ego Aulus Ardenuus Ciuis Veronensis subscripsi anno Thuscorum CIↃ CIↃ IↃ C XLII.



B

Deinde omnia, vt in Gordo custodirem, accepi.

Hæc, quæ sequuntur, custodiebantur in sexto cortice plumbeo, quod instar capsulæ cōflatum est; cuius exemplum habes supra pagina 161. Vt autem agnosceres, Lector, quibus characteribus sint illa conscripta; eos, qui sunt in prima ex quinque chartis, hìc ad vnguem efformauimus. C

HÆC SVNT VERBA MAGNI VANDIMONIS QVÆ EGO ANCVS CECINNA TRANSCRIPSI.

AVDITE FILII NEPOTESQVE MEI VERBA MEA ET AVRIBVS VESTRIS PERCIPITE QVÆ PATER VESTER LOQVITVR VOBIS. BENEDICTVS DEVS ANTE CVIVS CONSPECTVM INVENI GRATIAM. QVI ME EX AQVIS EREPTVM AD REPARANDVM GENVS HVMANVM QVOD DEO IRATO PLVVIIS IMBRIBVSQVE DELETVM EST NE QVOD DEVS FECERAT PENITVS PERIRET

B reseruauit. Vos igitur, Maximo Esari non ingrati, ipsum timete solum; ei seruite ex mentibus vestris, quia dignus est, & quia multa bona fecit nobis, & quia Deus est. Si Maximus Esar fuerit semper vobis Deus, nihil vobis deficiet. Eius Altare non polluatur. Animam fratris sui nullus exquirat, sicut fecit Cainus. Sit inter vos vinculum pacis, nec vnquam rumpatur. Vos Ciuitatem hanc habetis, quam in monte hoc ædificaui: cum hæc vobis non satis fuerit (nam vos multiplicari oportet) in eodem monte alias ædificare poteritis: & si mons non fuerit satis, eligite loca salubria, in quibus alias ædificare valeatis. Et, si non fuerint inter vos dissensiones, omnia prospera succedent vobis. Qui Deum non timet; & qui à fratribus dissentit, eijciatur
C à vobis; quia discordia fratris omnia corrumpit. Nolite filij mei iterum prouocare Deum in fornicatione, in iniquitate, & in nequitia: sed reminiscimini Deum, qui fecit vos, liberauit vos ab aquis, & omnia propter vos creauit, vobis omnia subiecit. Deus bonos exaltat, impios disperdit: ipsum amate solum, & omnia in timore eius facite; nam hæc facientes, abundantia frumenti, vini, & olei replebimini: & filij fratrum vestrorum seruient vobis: Regnum vestrum in sæcula manebit. Sacros ritus, & ceremonias, & omnia, quæ relinquo vobis, custodite semper; eaque filios vestros docete. Benedicat vobis Deus; & omni benedictione vos repleat; & citò Regem mittat qui vos à potestate aliena eripiat.

Deorum, Templorumque constitutiones, & publicas leges repono Ego Prosperus. LXIV. *Scarith die jx. Octobris.* MDCXXXV

LEGES QVAE AD DE ORVM CVLTVM
PERTINENT
DEORVM MAXIMVS ESAR CVM SIT MOTV
VM MOTOR AETERNVS EST INVISIBI
LIS EST HIC EX AQVIS ERIPVIT PA
TREM NOSTRVM MAGNVM VANDIMO
NEM VT IDEM VAN DIMON MAIORES
NOSTROS EDOCVIT QVAPROPTER HAEC
STATVTA SVNT CIRCA VENERATIO
NEM TANTI NVMINIS

A

Leges, quæ ad Deorum Cultum pertinent.

B

DEORVM Maximus Esar, cum sit motuum motor, æternus est, inuisibilis est. Hic ex aquis eripuit Patrem nostrum Magnum Vandimonem, vt idem Vandimon maiores nostros edocuit; quapropter hæc statuta sunt circa venerationem tanti Numinis.

IN antiquissimo Maximi Esaris Templo nulla aliorum Deorum, Dearumue sit imago: Nullum aliud Numen in eo inuocetur: nihil prophanum in ipsum inferatur.

In hoc Templo statua Esaris nullo modo ponatur; nec ab vllo artifice fabricetur; nam, quem nullus vidit, nullus effigiare potest.

Pontifices soli Lucumon, Præfectus, & Magister Augurum Templum hoc ingrediantur. C

Sit vnicum in hoc Templo Altare: id sit aureum, & in medio Templi.

In circuitu Altaris semper duodecim Saph ardeant: nunquam extinguantur: si Pontificum incuria extinguerentur, perpetuò carcere demandetur is, cuius culpa sacrum lumen fuerit extinctum, & Sacerdotio priuetur. Si casu ipsorum duodecim Saph aliquod extingueretur, statim omnis populus lustrabitur; vt maximi Esaris ira placetur.

Pontifices, Lucumon, Præfectus, aut Magister non audeant ingredi Templum, nisi prius aqua Roith loti fuerint. Vitulus, & agnus Esari sacrificetur; aliud nihil.

Quod Esari libatur, sale cooperiatur; vino, oleoque conspergatur. At Pontifex, qui Sacrum fecit, sanguine, & melle sibi vultum abluat: inde mnais faciat, ligna succendat, & thus adoleat.

Quater singulis annis vniuersus populus solemniter Esari immolet.

Belli, pestis, famis, seditionis, aut cuiusuis infortunij, aut calamitatis tempore nullus audeat ad Templum accedere, nisi Pontifex Maximus.

Mortuorum portitores, & qui lugubrem vestem induunt nunquam accedant ad Templi limina; nec hominis, aut alterius animalis cadauer illàc inferatur. A

Si quis circa Templi parietes ad passus triginta sex moriatur, si morte naturali, polluitur Templum; & solemni expiatione opus est: si verò violenta morte ceciderit, ante expiationem, is, cuius opera ille fuit occisus, morte puniatur infami.

In nullo alio loco, quam Vulterræ Maximo Esari Templum dicabitur.

Vnaquæque familia certam diem sibi constituat, qua singulis annis Dijs sacrificet.

Item suos Penates semper custodiat, & veneretur; nec fustibus cędat, vt alij inreligiosè cædunt; eorum nomen non reueletur. Si quis suos Penates percusserit, ambæ manus illi præcidantur. Si verbum aliquod in eos contumeliosus protulerit, lingua sacrilega ei amputetur: item si nomen quis reuelauerit. At publicos Penates vnusquisque ea reuerentia colat, & obseruet, quam decet, aliòquin graui pœna puniatur. At si eorum nomen quis palam facere ausus fuerit, lingua præcisa igne comburatur. B

Occultum autem Vrbis nostræ nomen si quis alijs reuelauerit, eidem pœnę sit obstrictus, quę ei statuta est, qui publicorum Penatum nomen publicauerit.

Extra Vrbis mœnia sepulturæ mortui demandentur.

Senatorum tantum corpora cremantor.

Vestales solum, & Pontifices in Vrbe sepeliantur.

Vnusquisque in suo agro sepeliatur.

Si quis proprium sepulcrum, aut agrum non habuerit, in nemorosa silua sepeliatur, aut in agro Nigro extra Portam Dianæ.

C Singulis annis supra mortuorum sepulcra solemnes Ochincres celebrētur.

Nullus morte damnetur, nisi Lucumon consentiat.

Iudex quilibet si pecuniam, aut aliud acceperit capite statim plectatur.

Qui testis falsus fuerit ignominiam passus pereat inhonestè.

Qui conciuem prodiderit, fustibus cæsus è Patria eijciatur.

Qui consultò domos, aut agros incenderit igne comburatur.

Non dedicentur Templa, aut Altaria, nisi Senatus, Lucumon, & Pontifices assentiantur.

In Senatu, in Templis, & in Theatro vnuſquiſque ſuum locum occupet.

Apud Pontifices ſit intercalandi poteſtas.

Lamenon quiſque ſoluat.

Prima anni die, & quinque ſequentibus omnis populus ſe lauet, & ſolemne feſtum peragat; nam his diebus Vandimon Vulterræ iecit prima fundamenta.

Publicam pecuniam, aut ſacram ſi quis abſtulerit, ſcaragia morte damnabitur.

Si quis Brocon vſus fuerit, aut alios pecunia ſibi addixerit, vt munus aliquod, aut honorem conſequatur chanica pœna multabitur. A

Qui verò contra Patriam libertatem attentauerit, viuus comburatur, coniuncti expellantur, bona publicentur, & domus deſolentur.

Hoc exemplar Legum antiquarum, quæ in curia cuſtodiuntur, repono ego Proſperus Feſulanus Collegij Vulterrani ſcriba. XXXII. *Scarith Die xxij. Iunij.* MDCXXXV

Dei peregrini nè colantur.

Deùm fabulæ nè credantur.

Nè quid inauguratò fiat. B

Sacrorum ſumma poteſtas ſub Pontificibus eſto.

Annus duodecimus ſit menſis.

Nullus niſi per portam Vrbem ingrediatur, neuè egrediatur: mœnia enim ſacroſancta ſunt.

Senatores in Vrbe vſque ad pedes togam demiſſam habeant; patritij vſque ad talos.

Mulier viro legitimè coniuncta fortunarum, & ſacrorum ſocia illi eſto.

Iudicis fraus nè adhibetor.

Filia vti patri, ita defuncto viro hæres eſto.

Parentum liberos omne ius eſto relegandi, vendendi, & occidendi.

Parricidæ capite plectantur. C

Adulterij conuicta à viro, vt volet necari poſſit.

Deprehenſi in homicidio ſtatim puniantur.

Monſtruoſi partus ſine fraude cædantur.

LXXXJV. *Scarith die vij. Ianuarij.* MDC XXX VI.

Ego Prosperus Fesulanus Augur has leges repono.

Qui dies festos non obseruauerit, aut ciuis, aut peregrinus è Ciuitate eijciatur.

Simulacra, vasa, vel sacrum aliquod, quamuis hostium nullus sibi subripere audeat; aliòquin pœna malgar puniatur.

Qui Maximo Esari, & sanctis Dijs debitum honorem non tribuerit, morte turpissima puniatur.

A

Qui nouos ritus attulerit, vel de nostris Dijs aliquod indecens locutus fuerit, capite damnetur.

Aut Augur, aut Sacerdos testamentum approbet.

Cmnis, qui non sit sub alterius potestate, testari possit.

Si quis intestato moritur, filius, nepos, vel vxor (si fuerit sub viri potestate) verum nisi habeat liberos, proximior agnatus hæres intelligatur.

Nullus præter quintam partem hæreditatis legare audeat.

Impuberibus, & Posthumis filijs à patre tutor detur.

Item à viro detur tutor vxori, quæ non habeat proximos agnatos.

Mulier; quæ patris consensu nubet, sub viri potestate sit.

B

Tutor, qui pupillum defraudauerit, tripli pœna teneatur.

Patritijs cum plebeis connubium prohibetur.

Esarnùm consensu diuortium permittitur.

Si quis virginem vitiauerit, pecuniam, quam viri capitales iudicauerint, mulieris patri soluat, & virgo vxor illius sit, nec eam dimittere possit.

Nullus eodem tempore duas vxores habere possit; aliòquin vt adulterus puniatur.

Ciuis inuitus altero ciui nequaquam seruiat.

Verum si spontè se vendiderit, vsque ad LX. annum seruus erit, & filij eius vsque ad XLVIIJ.

Quando bellum es initurus, prius indicetur; si hostes fœdus, & pacem noluerint, & quod iustum, & æquum est negauerint, Ciuitatum eorum potiri potes, & captiui serui tui sint, & filij eorum semper.

C

Si quis ciuem hostibus tradiderit, vel hostes in patriam concitauerit, capite plectatur.

Si miles duci non obtemperauerit, ignominiosè pereat.

Si quis fugam vano timore arripuerit, capite plectatur.

Fur fustibus cædatur.

Furti quadrupli pœna sit.

Si quis agrum, domum, aut pecuniam occupauerit, vel dolo obtinuerit,

dupli-

duplicem fructum Domino reddere cogatur.

Si quis in ius vocatus non venerit, reus esto.

Emptori non prius res empta acquiritur, quam venditori precium soluat.

Vicinis de finibus dissentientibus, à Prætoribus arbitri eligantur.

Idem ius Ciuibus extra portas habitantibus, quam intra mœnia incolentibus esto.

A

XVI. Scarith Die sexta Iunij. M.DC.XXXV.

B

Has Constitutiones Vulterranas in maiori charta scriptas reponam; sed eas separatim repositas, nullus miretur; nam quarè id fecerim, scio Ego Prosperus.

C

HÆ SVNT

HAE SVNT CONSTITVTIONES TVSCORVM
QVAS IN LATINAM LINGVAM TRA
DVCAM PROVT SONANT EGO ALCVS
DORIVS ET PRIMVM

GENERALE CONCILIVM OMNIBVS MA
GISTRATIBVS ET IVDICIIS ANTEPONATVR
ANTE SEXMENSES INDICATVR AD ILLVD
OMNES LVCVMONES CONVENIANT
SINGVLÆ DVODECIM CIVITATES DVOS
LEGATOS VVLTERRA VERO QVATVOR ALIÆ
CIVITATES ET OPPIDA QVÆ DVODECIM OBE
DIVNT VNVM LEGATVM MITTANT VER
VM EX CAPVA FELSINA PARMA ET VE
RONA DVO ADMITTANTVR EX MANTVA
TRES. EX VALLE VOLTVRRENA ET RHÆ
TIIS QVATVOR SIMILITER MEDIOLANEN
SIBVS CONCEDEBATVR
APVD GENERALE CONCILIVM SIT BELLI FA
CISQVE ARBITRIVM
COMMVNES LEGES FERRE ATQVE MV
TARE
BELLVM INDICERE FŒDVS PEPIGERE
GENERALEM DVCEM CREARE CONTRO
VERSIAS INTER CIVITATES DECIDERE
CIVITATES NON OBTEMPERANTES
CASTIGARE

▥ ET SI QVÆ CONTROVERSIÆ ORIAN
TVR DE QVIBVS LVCVMONES AVT PRÆ
FECTI NOLINT SENTENTIAS FERRE
AD GENERALE CONCILIVM REFERA
NTVR
ITEM APPELLATIONES LIBERARVM
CIVITATVM ET OPPIDORVM NAM DE
ALIIS AD SENATVM CVI SVBIECTÆ
SVNT IVDICIVM OMNE PERTINEAT
VVLTERRA IN HOC TANTVM CONCILIO
NON SVBICI ▥ ATVR EO QVOD SIT
ALIARVM MATER ET CAPVT SED
SENTENTIÆ ET IVDICIA VVLTER
RANI LVCVMONIS AB OMNIBVS OB
SERVENTVR

Hę ſunt Conſtitutiones Thuſcorum, quas in Latinam linguam traducam pro vt ſonant ego Alcus Dorius: & primum.

Generale Concilium omnibus Magiſtratibus, & iudicijs anteponatur: ante ſex menſes indicatur; & illùc omnes Lucumones conueniant.

Singulę duodecim Ciuitates duos legatos; Vulterra verò quatuor; alię Ciuitates, & oppida, quę duodecim obediunt, vnum legatum mittant: verum ex Capua, Felſina, Parma, & Verona duo admittantur; ex Mantua tres; ex Valle Volturrena, & ex Rhętijs quatuor: ſimiliter Mediolanenſibus concedebatur. A

Apud Generale Concilium ſit belli, paciſque arbitrium. Communes leges ferre, atque mutare; bellum indicere; fœdus pepigere; generalem ducem creare; controuerſias inter Ciuitates decidere; Ciuitates non obtemperantes caſtigare. Et, ſiquæ controuerſiæ oriantur, de quibus Lucumones, aut Præfecti nolint ſententias ferre, ad Generale Concilium referantur. Item appellationes liberarum Ciuitatum, & oppidorum: de alijs ad Senatum, cui ſubiectæ ſunt iudicium omne pertineat.

Vulterra in hoc tantum Concilio non ſubijciatur, eo quod ſit aliarum mater, & caput: ſed ſententiæ, & iudicia Vulterrani Lucumonis ab omnibus obſeruentur. Citra Apenninum Concilium paruum Coloniarum habeatur, quod in omnibus parère teneatur Generali Concilio. Ad hoc de controuerſijs, & diſſenſionibus, alijſque rebus Tranſapenninarum Ciuitatum, & Coloniarum referatur; & quidquid ad commune illarum Coloniarum pertinet, in eo diſcutiatur. Si huius Concilij ſententia alteri parti iniqua videbitur, ad Concilium Generale prouocare liceat. B

XVIII. *Scarith Die vj. Iunij. MDCXXXV*

Has Conſtitutiones Vulterranas, quas ego Proſperus repono, traduxit Alcus Dorius, & apud Scribã Collegij noſtri ſemper fuère; ideò ego ſic repono, nè Romani eis potiãtur.

Hæ ſunt Conſtitutiones, & Leges Vulterranorum ab Alco Dorio traductæ, & conſcriptæ. C

Vulterranus Lucumon ſic eligatur. Nominentur plures optimi viri, qui annum ſexageſimum attingant: ſint Senatores, quorum antenati per trecentos annos patritij fuerint. Vnuſquiſque Senator virum vnum in Lucumonem nominare poſſit: qui duarum partium conſenſu maiorem ſuffragiorũ numerum habebit. Si ex tribus duo non conſentiant, Lucumon nemo eſſe poteſt.

Quatuor, qui poſt Lucumonem maiorem nominationem habebunt, Arunenſes vocentur, hoc eſt Sapientiores, quorum conſilio Lucumon in difficilibus rebus vtatur.

Lucumon esse non possit, qui non est Senator, qui antenatos per trecentos annos patritios fuisse non probauerit, qui agrum triginta nammis maiorem non habuerit.

Eædem conditiones in Arunensibus desiderantur.

Si Augures non approbant, electio nulla sit.

Lucumon in omnibus Magistratibus conuenire possit, & primum locum habeat: verum in Augurum Collegio Præfecto, & Magistro inferior sit.

Ad Lucumonem omnium criminum iudicium pertineat. In Ciuilibus
A appellatio ad ipsum deferatur: verum non de arbitrio, sed secundum communes leges Thuscorum, & Vulterranas iudicet. Verum de crimine apud se viros sex exteros detineat, qui sex viri capitales nuncupentur, atque illos de reo, & de pœna consulat. In ciuilibus quatuor prudentium virorum à se eligendorum voluntatem obseruabit. Senatum, populumque per præcones cogat ad de Republica consulendum. Legatos audiat; sed, si de arduis rebus agatur, sine Senatus consensu respondere nequeat; sin minus, simul cum Arunensibus deliberet. Militiæ summum imperium habeat; verum Senatus militiæ duces in bello eligat, qui Magistro Equitum obediant.

Littores duodecim habebit, decem Consultores, viginti sex adolescentes nobiles, sexdecim viros patritios, octo equites interius, viginti patritios exte-
B tius, & decem Equites; duos Sacerdotes, duos Præfectos, sex Aruspices, quindecim Histriones, triginta gladiatores, duodecim tubicines, & quinquaginta ex turba; quos omnes Respublica alere teneatur.

Si vxorem habuerit, debitus honor ei tribuatur.

Lucumon ad Ædem Martis cum Senatoribus, & Magistratibus omnibus prima die mensis primi ad iurandum conueniat, & Vitulum sacrificet.

Si quid erroris commiserit, post finem officij ad hoc à Senatu electi punient; similiter & alios Præfectos, Gubernatores, Prætores, & Lucumones.

Parmæ Lucumon Parmensis sit, & à Parmensi Senatu eligatur; & obedientiam Vulterrano Senatui, & Lucumoni iuret.

Lariensium, & eorum, qui Vallem Volturrenam incolunt, Patritius sit Vul-
C terranus; verum ab eorum concilio (quod minimum vocatur) eligatur, & à Vulterrano Lucumone confirmetur.

Eligatur à Veronensibus Veronensis Prætor, qui aut ipse, aut alius pro ipso obedientiam Vulterrano Senatui iuret.

Mantuanis vnus Præfectus à Vulterrano Senatu eligendus est; alter ab Arretinis; tertius à Fesulanis eligatur; verum vnusquisque & à Vulterranis, & ab Arretinis, & à Fesulanis confirmetur: & nè dissensiones oriantur, quilibet eorum per quatuor menses primum locum habeat: alij duo adiuuent, & consulant.

Capuæ Præfectus sit Senator Vulterranus, atq; Aruſpex,& à Senatu eligatur.

Similiter Adrienſis; verum, an Aruſpex ſit, nihil intereſt.

Piſenſis Gubernator ſimiliter à Vulterrano Senatu eligatur, ſed trigeſimum quintum annum excedat, & ex familia, quæ per ducentos annos patritia fuerit. Hic Piſenſi Senatui eorum legum obſeruantiam iurabit.

Senenſis Tribunus, quando ab Arretinis eligitur, Vulterranus ſit; quando à Vulterranis, Arretinus.

Thuſcinati Præfectus Vulterranenſis Senator ſit: à Lucumone eligatur, & à Senatu confirmetur. A

Coloniæ Ethruriæ ad Fanum Voltumnæ Præfectus ſit patritius; à Lucumone eligatur, & à duodecim viris, qui Vulterranæ Ciuitatis Gubernatores dicuntur confirmetur.

Item Præfectus Vultraij, Caſtri Salinarum, Pomarancij, Horchiæ, Drolij, Cellulæ. Farnetæ, Vernucæ, Caſtri Nigiræ, Cocciani, & Aiæ.

Alijs Colonijs à Lucumone idoneus Prefectus detur.

Cuſtodes arcium à Senatu confirmandi ſunt. Hi militibus arcem tuentibus præſideant; & turrium, tormentorum, armorumque omnium, quę in arce ad munitionem cuſtodiuntur, curam habebunt; tamen Magiſtro Equitum ſubiecti ſint. B

In hoc tertio volumine quod Alcus traduxit repono Ego Proſperus. XVIII.

Scarith die vj. Iunij. MDCXXXV

Prætores Vrbis omnibus ius reddant: eiſque ſex lictores conceduntur: ſint maiores triginta annis, & patritij: ex bono, & æquo iudicent.

Eſarni pauperes, viduas, pupillos defendant.

Collegium duodecim Gubernatorũ à Senatu eligendũ eſt. Hi gubernare, & cuſtodire debent. Vt crimina puniantur, & virtutes munerentur, curent. Vigiles eligant ex plebeis quatuor centum; ex popularibus quadraginta; ex patritijs quatuor duces, qui omnes diù, noctùque in Ciuiuitate inuigilent.

Lalartes ſingulis decennijs à Senatu, & vniuerſo populo in magna platea ad Ædem Martis congregato eligantur: qui omnes ſexageſimum annum habeãt: duo antea Lucumonum munus obiuerint; duo ſint Senatores; duo Sacerdotes; duo Aruſpices; duo populares. Ad hos ordinatio, & reformatio Vrbis, Ciuitatum, Coloniarum, & Caſtrorum pertineat: verum duo ex eadem familia eſſe non poſſint. Lucumon cum his etiam (ſi velit) conueniat. C

Garges quatuor ſint, & ex patritijs, de quibus vnus trigeſimum quintum annum excedat: apud hos de Reipublicę redditibus, & vectigalibus cura ſit; ſimiliter vt debitores ſoluant, & à magiſtratibus ſubiectis repetant. Salis autem pecunia nihil pertinet ad eos.

Langij à Gargitibus pecuniam recipiant, & soluant in omnibus Reipublicę necessitatibus, & vsibus. Magistratibus omnibus, alijsque, quorum opera Respublica vtitur, laborum suorum præmia retribuant: & postea Arunensibus de administratione rationem reddant.

Spugi, vt cibaria omnia æquo, & rationabili pretio venundentur, curent.

Barcouictus à Lucumone eligatur, à Senatu confirmetur; curet, nè Ciuitas frumenti, vini, olei, & aliorum egeat.

Salinatores sex sint patritij, sex populares; qui omnibus Ciuitatibus, Colonijs, castrisque Thuscorum sal distribuant: item, & alijs, qui emere volunt, &
A singulis mensibus Langijs pecuniam reddant. Horum auctoritas penes salinas, & sal summa sit: Præfectum salis in Castro Salinarum, Prætorem salis, & salinarum in Ciuitate eligant, quos Lucumon confirmet.

Senatores omnes sint ex nobilibus, quorum parentes Senatores, aut saltem de ordine equestre per centum annos fuerint; ex legitimo matrimonio nati; & vigesimum quintum ætatis suæ annum attingant: verum non prius inter Senatores aliquis adscribatur, quam ex quatuor tres patrum partes consentiant.

Senatus legitimo ordine, & numero congregatus possit leges ferre, legatos mittere, & denique summam auctoritatem habeat in Vulterranos, & populos subiectos, verum ex tribus duo conueniant. Bellum facere, & fœdus inire
B absque Concilij Generalis consensu non potest.

In arduissimis rebus vniuersus populus conueniat; hoc est ciues omnes, qui vigesimum tertium annum compleuerint; & sint animi compotes, ex legitimo coitu nati, vel saltem legitimati.

Scribę sint duo, vnus Senator, qui scripturas omnes custodire teneatur; alter patritius, à quo Senatus deliberationes adnotentur.

Equestris ordo ab omnibus officijs, & oneribus exemptus sit.

Eques omnis equum, & saltem tres milites alere teneatur.

Collegium Equitum ex centum quinquaginta equitibus sit: huius auctoritas, & imperium circa arma, & militiam versatur.

Magistrum Equitum eligat, quem Lucumon debet confirmare; hic militibus omnibus imperet; nè quid noui, aut tumultum aliquod oriatur curet; na-
C uium Præfectos instituat, quos Collegium Equitum confirmare tenetur, postea Lucumon: Prætores, & tribunos militum, & Centuriones creare debet; verum belli ducis, & magni Nauium Ductoris electio ad Senatum pertinet. Magister autem Vulterræ semper maneat, & quando opus erit tàm belli duci, quàm Nauium ductori milites adsignet.

Si quid milites errauerint à Magistro puniantur.

Vt populus, & plebes suos Magistratus habeat, equum esse videtur; & sicut populus in quatuor Tribus diuisus est, ita quatuor Collegia octuaginta bo-

norum hominum habeat: à quolibet Collegio Tribunus eligatur, qui suæ Tribus artibus præerit; aliquod artificibus, & plebeis omnibus ordinare, & præcipere possit; vsque ad carcerem, & ad priuationem tertiæ partis bonorum eius imperium extenditur. Quatuor Tribuni simul congregati virum vnum cuique arti præficiant, qui Vristor appellabitur: aliquando Vristeres cum Tribunis coueniant ad consulendum quidquid ad commune artium pertinet. Verum, cum deliberandum est aliquid, quod ad populum, & ad plebem spectaret, quatuor ex singulis Collegijs, & ab vnoquoque Collegio eligendi simul congregentur. A

Alcus Dorius scripsit.

Hæc tibi commendo Ego Prosperus Fesulanus
Anno post Catilinam.

XIX. *Scarith Die vj. Iunij.* MDCXXXV

Secuntur Leges sacræ Vulterranorum.

Sacrorum Maximus Pontifex primus sit omnium Thuscorum Pontificum: huius summa auctoritas sit in sacrificijs, in sacris ritibus, in rebus religiosis, & sanctis. Hic quoad vixerit munus obiuerit. Ab vniuerso populo eligatur, & à Generali Concilio confirmetur: sit maior quinquaginta quinque annis; sit aruspex, & è Senatoria familia; an Vulterranus sit, nihil interest: verum Thuscus esse debet. Hic omnes alios Pontifices confirmet; & si errauerint puniat. In Generali Concilio in medio Lucumonum locum habeat: votum autem reddere non debet: In Vulterrano Senatu cum Lucumone pari gradu sistat; in Templis omnibus præcedat; in Augurum Collegio secundus sit à Prefecto. B

Si Vxorem habuerit inter Ancironas, & Vestales primum locum habeat: verum virum non videat, & tanquam extraneum habebit (tertio mense excepto) quo tempore simul cum viro inhabitare potest. C

Duodecim Sagi Pontifices semper Maximo Pontifici adsistant, & consilio iuuent: Sacerdotes creent; triginta annis sint maiores; non Maximo Pontifici coniuncti; sint patritij; duo ex eadem Familia esse non possunt; & è Collegio Augurum esse debent. His sacra omnia publica, & priuata subiecta sint.

Sacerdotes Martis vigesimum quintum annum excedant: tres primi semper sint è Maurorum familia; alij Ciues Vulterrani: quotidie Marti sacrificent, & Schemos cantent: si quid irreligiosè factum audierint, aut viderint, ad Pontifices deferant. Per eos bellum indicatur, & fœdus pepigatur.

Ad Sacerdetes Herculis pertinet curare, nè inter Ciues dissensiones orian-

tur;

tur; & si ortæ fuerint accomodare tenentur. Primi duo semper è Cecinnarum familia orti sint; qui Lucumonem diademate ornare debent.

Curent, vt dies festi, religio, & ritus sacri ab omnibus obseruentur.

Iani Sacerdotes sexagesimum annum excedant: quatuor tantum sint; quorum onus est Iano primitias omnium frugum, & arborum, & bestiarum offerre.

In Templo Iani milites, & Senatores, & Pontifices ingredi possunt.

Iunonis Sacerdotes triginta annis minores sint, qui excesserint Sacerdotio
A abdicentur; & alius in eius locum subrogetur. Ad hos ludúm, dierum festorum, & sacrificij intimatio pertinet.

Vestales virgines omnes sint patritiæ, quorum parentes per trecentos annos Senatores fuerint, à duodecim Pontificibus eligantur, & maior earum alijs imperet. Non recipiantur maiores decem annis, nec septem minores. Earum cura sit ignem perpetuum conseruare: si fortè sanctus ignis extingueretur, à Pontifice Maximo cædi iubeatur.

Similiter Vestales Arretinæ Ciuitatis, Perusinæ, & Fesulanæ à duodecim Pontificibus eligantur; & Vestalibus Vulterranis in omnibus subiectæ sint.

Inopes, & aliqua parte corporis, debiles, illegitimo coitu natæ Vestales fieri non possunt.

B Vestalis impudica viua sepeliatur.

Ancironæ mulieres Deæ Aretiæ sacræ semper cum choreis Deæ adsistant.

Vestis, Dianæ, & alij Sacerdotes à Pontificibus ad placitum eligantur.

Quot annis à qualibet Ciuitate Sacerdos vnus mittatur ad Fanum Voltumnę à Vultetranis vero duo, qui omnes Deæ administrabunt.

Omnes Pontifices, & Sacerdotes Thuscorum ad sepeliendas Maximi Pontificis cineres conueniant Vulterræ: ibique maneant donec alius Pontifex Maximus eligatur; eique obedientiam tribuant, & iurent.

Vulterranorum Sacerdotes omnes Kalendis primi mensis ad coronandum, & honorandum Lucumonem conuenire tenentur,

C *Collegium deficiet, hæc ideò repono ego Prosperus.*

XX. *Scarith Die vj. Iunij.* MDCXXXV

Secuntur Augurum, & Aruspicum Ordinationes ab Alco Dorio latinis litteris traductæ.

Augurum, vel Aruspicum Collegium omnibus publicum sit, & tanquam sacrosanctum habeatur. Augurum numerus non terminabitur: omnis, qui Præfecto, Magistro, & maiori parti Augurum dignus videbitur, inter Augu-

res

res adscribi potest. Ab ijs omnes actus publici, & priuati augurijs confirmentur: omnes, quamuis inimicissimos, benignè recipiant; & eos, qui discere cupiunt, docere teneantur. Si quis eorum arcana reuelauerit; aut aliquid contra Collegium, & publicam libertatem moliuerit, capite puniatur.

Ex his Præfectus eligatur, qui omnibus dignitate, & prudentia præcedat.

Magister primus post Præfectum erit: verum doctrina omnibus antecedat. Hic alios Magistros eligat; & obscura interpretetur. Vt omnes Augures aliquod vaticinium, aut monumentum in Collegio relinquant, curet. A

Scriba pretiosissima monumenta, & vaticinia, & omnes Augurum scripturas custodiat; & nulli reuelet.

Subscriba facta Augurum notet: Scrib- * * * * *

Leges, & constitutiones; quas traduxit Alcus reposui in septem Scarith bene obsignatas: In hoc, & sequentibus ipsarum approbationes cum subsignationibus reponam Ego Prosperus. LVI. *Scarith Die xx. Septemb.* MDCXXXV

uitatum, & Coloniarum non traduxi ego Alcus Dorius, quod ad Vulterram non pertinerent: sed, his omissis, notas apposui subsignationum, quibus ipsę leges subsignatæ erant. B

Aruns Verus Lucumon Vulterranus.
Meuius Cecinna Vulterranus Senator, & legatus.
Antius Dorius Senator, legatus.
Gomerus Aulicus legatus.



C

Olbius Barcolius Lucumon Perusinus.
Fullus Crosius Perusinus Senator, & legatus.

Ennius

Ennius Torbonus legatus Peruſinus.



A


Iaſius Paccius Lucumon Arretinus.
Alcus Arentius Senator, & legatus Arretinus.
Cometus Nicoroſius Senator, & legatus.



B

Morchus Samithius Feſulenſis Lucumon.
Vancus Abaldius Senator, & legatus Feſulenſis.
Oſcus Turſianus Senator, & legatus Feſulenſium.

C



Aulus Aredius Cæritum Lucumon.
Aſcus Tigonigrus Cæritis Senator, & legatus.

Tarcon Tiriſtius Legatus.

SIGNVM  CÆRES

Peliatus Abderius Lucumon Lunenſis. A
Cronius Accidius Legatus, & Senator.
Accer Triſmius.

SIGNVM  LVNÆ

Lartes Tolumnius Cluſinus Lucumon.
Acchius Specchius Senator. B
Antius Pageſicus Legatus Cluſinorum, & Senator.


SIGNVM  CLVSII

Cliteſtes Poniſſus Lucumon Populonienſium.
Armiſes Magneſius Legatus Populonienſium. C
Eſar Bacagius Legatus.

SIGNVM  POPVLONIÆ


Gogirus Tormesius Russellanæ Ciuitatis Lucumon.
Arbus Asnardus Russellanus Legatus.
Gerenus Vencius Senator Russellanus.

A




Vrnus Lodius Volsinij Lucumon.
Aruns Alturius Senator.
Aredus Deschius Volsinius.

B



Pomponæus Cronicusius Lucumon Bolsinensium.
Lamerus Gallicius Legatus, & Senator Bolsinensis.
Maseus Fusius Senator, & Legatus Bolsinensis.

C



Ancus Tispolius Cortonensis Lucumon.
Bechotus Scortius Legatus.

Oldus Batulus Legatus.

SIGNVM  CORTONÆ

A

Iasius Valesius Lucumon Ianiculi.
Iunius Minutius Legatus.
Ornus Ramius.

SIGNVM  IANICVLI


Hercules Miseus Saturniæ Lucumon.
Molnathius Sancolius.
Tiber Eruntius.

B

SIGNVM  SATVRNIÆ

Esar Elicius Veientum Lucumon.
Tarcon Tolumnius Veiæ Ciuitatis Legatus.
Veius Masoius.

C

SIGNVM  VEIÆ

Artabanus Eborceus Vetuloniæ Lucumon.
Dàrdanus Ericusius legatus.
Lartes Coposius legatus Vetuloniensium.

SIGNVM



VETVLONIÆ

A

Meuius Roldescus Mediolanensis, Senatorum primus.
Ianus Vischius primus Diricon, Senator, & legatus Mediolanensium.
Arbus Scarenius, Saricontum vnus, Mediolanensis.
Larecer Pthichius Crachet, Senator, & legatus Medio- * * * * *

LVI. *Scarith Die xx. Iunij.* MDCXXXV

In hoc nono Scarith secuntur subsignationes aliæ. Prosperus Fesulanus.
lanensis.

B

SIGNVM



MEDIOLANI

Pitus Sabancus Senator, & primus legatus Rauennatis.
C Aconius Corgeus Senator, Legatus.
Porcus Linseus Senator, & Legatus Rauennæ.

SIGNVM.



RAVENNÆ

Scopus Erculus Prætor Sutrinæ Ciuitatis.
Psilicus Siborius Sutrinorum Legatus.
Astacus Oschemius Sutrinus Legatus.

SIGNVM  SVTRII

A

Gogirus Vancichius Nepetæ Ciuitatis Prætor.
Ansur Redacius Legatus.
Oscus Foroschius Legatus.

SIGNVM  NEPETÆ

B

Lucius Toschesius Tarquiniensis Prætor.
Crancus Caponcius Tarquiniensis Legatus.
Mutius Quercheus Tarquiniensis Legatus.

SIGNVM  TARQVINII


Prosperus Saliredius Faliscę Pretor.
Morgetes Alasius Legatus.
Cranus Olacolus Legatus.

C

SIGNVM  FALISCÆ

Antius Prasius Patritius Rigasiensis, Concilij Rhætię Legatus.
Lucceus Aransius Patritius Phæniensis, totius Rhętiæ Legatus.
Cetheus Banerius Briganiensis Ciuis Rhætiæ Legatus.
Alcus Vecaneius Patritius Bragoriensis Rhętiorum Legatus.

A



B

Aulus Atriarius Senator Vulterranus Lariensium, & Vallis Volturrenæ Lucumon.

Morchus Choris Patritius Ciuitatis Noniæ Vulterranorum Coloniæ, & minimi Concilij pro Valle Volturrena Legatus.

Tagot Moriguth Patritius Ciuitatis Vanociæ Coloniæ Vulterranorum, & minimi Concilij pro Valle Volturrena Legatus.

Lames Alcis Patritius Cenonensis Ciuitatis Vulterranensium Coloniæ, & minimi Concilij pro Lariensibus Legatus.

Sarth Sumrhus Cscellæ Ciuitatis Patritius, Vulterranus Ciuis, minimi Concilij pro Lariensibus Legatus.

C



Ansur Alnotius Arretinus Neptrusiæ, Coloniæ Arretinorum, Fesulensium,

& Cæri-

& Ceritum Præfectus.
Prosperus Groset Senator * * *

Sequitur decima pars legum, quæ habet alias subsignationes. Prosperus Fesulanus LIX· *Scarith Die xviij Septemb.* MDCXXXV

Neptrusiensis Legatus.

A



Oscus Cracienius Patritius Lunensis, Salienæ Perusinorum, & Lunensium Præfectus pro me, & pro Lucæo Canusio Saliensium Legato, qui in itinere incidit in infirmitatem, subsignaui.

B



Ianus Drosius Senator Parmensis Ciuitatis, Vulterranorum Coloniæ, Ciuis Vulterranus, & Parmæ Lucumon.
Stilonth Coreus Parmensis Senator, & Legatus.
Tatius Archiseus Parmæ Legatus, & Senator.

C



Forchus Lansur Senator Eridanensis, & pro Eridanensibus primus Legatus.
Cidnumis Orninius secundus Eridani Legatus.

Pompo-

SIGNVM  ERIDANI

Pomponæus Vulsius Senator Veronensis, & pro Vulterranis Veronensium Prætor.
A
Mutius Cimerius Veronæ, Vulterranorum Coloniæ, Senator, & Legatus.
Lidoris Verus Patritius Vulterranus, & Veronensis Senator, atq; Legatus.

SIGNVM  VERONÆ

B

Aruns Fesulanus pro Fesulensibus, Vulterranis, & Arretinis vnus trium Præfectorum Mantuæ.
Ochus Ronzonus Senator Mantuanus, & pro Mantuanis Legatus.
Mesappus Rathon Senator, & Legatus Mantuanus.
Aulus Cambethom Legatus Mantuanus.

SIGNVM  MANTVÆ

C

Cranus Batrius Senator Perusinus, & pro Perusinis, & Clusinis Felsinensium Gubernator.
Luris Aulicus Patritius Vulterranus, Felsinensium Tribunus.
Lidoris Caliber Senator, & Legatus Felsinensium.
Turrenus Vocrilius Felsinensis Legatus.

Tar-

SIGNVM  FELSINÆ

Tarcon Prancon Senator Cæritis Ciuitatis, Cormonæ Cæritum, & Populonienſium primus Præfectus.

Camiſes Culcanius Cormonenſis Legatus. A

Ancus Quenius Cormonenſium Legatus.

SIGNVM  CORMONÆ

Aſcus Amicinus Senator Lunenſis pro Feſulanis, & Lunenſibus Mondiniæ Præfectus.

Tatius Moricus pro Mondinienſibus Legatus.

Surich Karotius Mondiniæ Senator, & Legatus.

B

SIGNVM  MONDINIÆ

Hirlogus Licinius Senator Arretinus, & pro Arretinis, & Cortonenſibus Pacantiæ primus Tribunus.

Antius Chalius Legatus Pacantinus.

Pricias Colicus Pacantinæ Ciuitatis Legatus.

C

SIGNVM  PACANTIÆ

Forcus Saluatius Patritius Ruſſellanus, & pro Ruſſellanis, & Vulſinijs Roſſicij Præfectus.

Daracon Caleius Roſſicienſis Legatus.

Coronus Sincius Roſſicienſis Legatus.

LVIII. *Ea hæc Legum pars eſt, quæ decimam ſequitur. Proſperus Augurum Scriba.*

Scarith
Die xviij
Septemb.
MDCXXXV




A

Menippus Tolumnius Veiæ Ciuitatis Patritius, & pro Bolſinenſibus, & Veientibus Bipherdi Tribunus.
Cambus Loricus Bipherdinus Ciuis, & Legatus.
Coribantes Cæthiſius pro Bipherdinis Legatus.



B

Hercules Maurus Senator Vulterranus, & Piſenſis Ciuitatis Gubernator.
Dàrdanus Monſicus Senator, & Legatus Piſenſis.



C

Canus Cæpis Senator Peruſinus, & Grauiſcæ Gubernator.
Turnus Satius Grauiſcæ Ciuis, & Legatus.




Ancus

Ancus Corinelius Patritius Rusellanus, atque Volcæ Gubernator.
Tatius Annesius Ciuis, & Legatus Volcæ Ciuitatis.



Alcus Tursianus Fesulensis Senator, & Fregenensium Gubernator. A
Cambus Gedrinus Ciuis, & Legatus Fregenensis.



Policras Licinius Senator Arretinus, & Hortanorum Gubernator.
Ianus Pircolus Hortanorum Legatus.



B

Crancus Meritius Patritius Cæritis, & Cossæ Gubernator.
Amuccius Lesippus Cossensis Legatus.



C

Marancius Pomarius Senator Vulterranus, & Augur, Vulturni pro Vulterranis Præfectus.
Pailus Sæsionus Vulturni Coloniæ Vulterranorum Senator, & Legatus.
Turrenus Verisus Vulturnensis Legatus.



A

Vulturnum, quæ nunc Capua dicitur.

Antius Meſſius Patritius Peruſinus, & Cumæ Peruſinorum Coloniæ Præfectus.


Nuccius Lingirus Ciuis Cumenſis, & Legatus.



B

Oſnus Claſius Arretinus Interni Arretinorum, & Cluſinorum Coloniæ Præfectus.


Tacus Mancoth Internenſis Ciuis, & pro Internenſibus Legatus.



Proſperus Farſius Patritius Feſulenſis, Præfectus Miſeni Feſulenſium Coloniæ.


C

Achates Miſenius, Miſeni Ciuitatis Ciuis, & Legatus.




Lidoris Luſarius Lunenſis, & pro Lunenſibus Colonię Bailę Pręfectus.

Iunius Panfesius Bailensis Legatus.



A

Cranus Trismius Cæritis Patritius, & Præfectus Baulij Cæritum Coloniæ.
Palinus Artumius Baulij Legatus.



Aruns Bartulus Patritius Bolsinensis pro Vulsinijs, & Bolsinensibus Cimmerij Præfectus. B
Megales Ceolius Ciuis Cimmerinus atque Legatus.



Coribantes Boncicius Ciuis Cortonensis Colonię Phlegræi pro Russellanis, & Cortonensibus Præfectus.
Linurus Cirollius Phlegræinorum Legatus. C

Duodecimum Scarith habet alias subsignationes legum, quas traduxit Alcus. Ego Prosperus repono.

LX. *Scarith Die xviij Septemb.* MDCXXXV




Vultur-


Vulturres verus senator vulterranus, & pro Vulterranis adrienſis prępfectus.
Amuccius Gricheſeith Adrienſis Legatus.



A Turrenus Petronius Vulterranus Senator, & Thuſcinati Præfectus.
Antius Fumbritius ciuis Vulterranus, Thuſcinati colonus, atque Legatus.



B Meuius Arentius Patritius Arretinus, pro Vulterranis, & Arretinis Senenſis Tribunus.
Cochlius Piclamius Patritius Senenſis, & Legatus.




C Morgetes rozzius patritius feſulenſis tribunus fidentię feſulenſiũ coloniæ.
Burnus Poricicus Fidentinus Legatus.



Iaſius Grachath Lunenſis, Lucæ Lunenſium Coloniæ Tribunus.

Accer Fridonius Lucensis Legatus.

SIGNVM LVCÆ



A


Ornus Nicosius Birgiæ, Arretinorum Coloniæ Præfectus.
Hirgus Picusius Birginus Legatus.

SIGNVM BIRGIÆ



Tatius Arullinus patritius Vulsinius, Suanę Vulsiniorum Colonię prefectus.
Artabanus Checel Suanensis Legatus. B

SIGNVM SVANÆ



Aulus Asnardus senator populoniẽsis, timani populoniẽsiũ colonię tribunus.
Lidoris Nomothes Timanensium Legatus.

C

SIGNVM TIMANI




Farrus Lomothius mediolanensis, comoni pro Vulturranensibus prefectus.
Accimus Fercamus Senator Comonensis, & Legatus.



A Tagotus Circinus Bifercus Colonus, pro Peruſinis Porrediæ ſubſtitutus Tribunus Acco Maconio defuncto.
Meſippacus Orimth Legatus Porredinus.



B Ennius Oſchemius Vercellæ Ciuitatis, & Coloniæ Feſulenſium pro Feſulenſibus Præfectus.
Troinus Dentalius Vercellanus Ciuis, & pro Vercellanis Legatus.



Alcus Caliber Patritius Feſulenſis, & pro Arretinis Tauricæ Præfectus.
Amiot Caramen Tauricæ Legatus.

C



Elbius Lanſur Parmẽſis Patritius, & ciuitatis Elicię, cęritũ colonię Tribunus.
Margur Mouerius pro Elicinis Legatus.

Poſt



Post decimum Scarith hoc est Legum tertium. Prosperus Fesulanus.

A
LXI.
Scarith
Die xjx.
Septemb.
MDCXXXV

Lucceus Calcanius Cormonensis, & pro Clusinis, & Vulsinijs Brissilli præfectus.
Ansur Brisolius Brissillensis, & pro Brissillensibus Legatus.




Tagoth Orminius Eridanensis Patritius Cortonę Cortonensium Coloniæ Tribunus.
Aruns Sontrius Coloniæ Cortonæ Legatus.

B



Hercules Tamansotus Saturniæ Ciuitatis Ciuis, & Sabatiæ Saturniensium Coloniæ Tribunus.
Ennius Lemis Sabatiæ Ciuitatis Legatus.

C



Tiber Perpius Vetuloniensis, atq; Buerij vetuloniensiũ colonię Tribunus.

Orchus Borgamet pro Buerinis Legatus.



A Mozzus Dàndolius Patritius Vulterranus, & Ethruriæ Coloniæ Vulterranorum ad Fanum Voltumnæ Præfectus.

Cranus Schilon Coloniæ Ethruriæ Legatus.



B Morgetes Baconeus Ciuis Peruſinus Amintini, Peruſinorum Coloniæ Præfectus.


Libius Voſpicanus Amintinorum Legatus.



Nigrus Olaſius Arretinus Cirtonæ Præfectus.

Hercules Caſat pro Cirtonis Colonis Legatus.

C



Ancus Rolleius Patritius Feſulenſis, Aquę Feſulenſium Colonię Pręfectus.


Farbus Lanſin pro Aquenſibus Legatus.



Meuius Macchiron Lunenſis, & pro Lunenſibus Fani Herculis Præfectus. A
Oſcus Piſicus pro Colonis Fani Herculis Legatus.



Lartes Aredius Patritius Cæritis, & Præfectus Alſij, Cęritum Coloniæ.
Nuccius Fornacus Alſiorum Legatus.



B


Trebon Vrnicus Cęritis, & Pirgenſium pro Cæritibus Præfectus.
Artabanus Sleuol Pirgenſium Legatus.




C

Et in hoc decimoquarto volumine videbis Legum ſubſignationes. LXII.
Proſperus. *Scarith*
Die xix.
Septemb.
MDCXXXV.

Anſur Charinus Cluſinus Sudertanij Cluſinorum Coloniæ Præfectus.
Vcis Dernus Sudertanij Colonus, & Legatus.

SIGNVM  SVD ERTANII

Occus Tuter Ciuis Bolsinensis, & pro Bolsinensibus Fertię Præfectus.
A Mutius Fragram Legatus Fertiæ.

SIGNVM  FERTIÆ

Tibur Rozzius Patritius Fesulensis Blerę Colonię Fesulensium Pręfectus.
Ancus Guburt Bleræ Legatus.

B


SIGNVM  BLERÆ

Cranus Moriconius Vulterranus, Pręfectusque Horchię Vulterranorum Colonię.
Boncus Fumetus Horchiæ Legatus.

C

SIGNVM  HORCHIÆ


Comis Osirmus Musarnensium Legatus.



Iasius Limphas Cedrosiæ, & Carmaniæ Legatus. A



Amuccius Greus Amuntinorum, & Fidentianorum Legatus.



B

Actius Romcus Rullensium Legatus.




Segeptus Capenæ Legatus. C



Meuius Ramoratus Fescenia Legatus.

Ego



A Ego Aruns Fesulanus Thuscorum Maximus Pontifex cum, dum hæ leges ferrentur, præsens fuerim, & omnes, qui Concilio interfuerunt, eas obseruãdi iuramentum præstiterint, confirmaui, & subsignaui Perusij decimo Kalendas Calcon (hoc est quarti Mensis) Anno à Cethim ædifica- * * * * *

LXIII. *Scarith Die xx. Septemb.* MDCXXXV


Quæ Alcus traduxit, Magister, & Præfectus confirmauerunt, omnia reposuit Prosperus; & tibi commendat, quia sunt Leges optimæ.

tione CIƆ IƆ CCXXXIV.

B




C Ego Elbius Volturrenus, Sacrosancti Augurum Collegij Præfectus, cum viderim Dorchethum, & Magistri approbationem harum Legum, & Constitutionum, quas Generale Concilium, habitum Perusij, sanciuit, nè quid eis deesset, cum sanctissimæ sint, confirmo: ac earum, quæ ad Collegium nostrum spectant, obseruantiam pro me, Magistro, & Socijs promitto, & sanctissimè iuro: quarè meo Signo munitas Collegij nostri Scriba proprio Signo subsignabit Vulterræ. Anno Vulterrano CIƆ IƆCC XXXIIII. III Kalendas mensis Calcon.



Ego Mer-

Ego Mercus Ibacus Patritius Genuensis Augurum Scriba

RITIVS GENVENSISAVGVRVM
SCRIBA



A

EGOALCVSDORIVSHAS
CONSTITVTIONESSEV
LEGES EX ETRVSCALIN
GVA TRADVXIINLATI
NAMVT MANDATVM
FVERAT

B

Ego Alcus Dorius has Constitutiones, seù Leges ex Ethrusca lingua traduxi in Latinam, vt mandatum fuerat.

Ego Segeptus Volumnius Vulterrani Augurum Collegij Magister atteſtor, ſupraſcriptas Leges, Conſtitutiones, & Subſignationes, ab Alco Dorio traductas, cum ipſis Ethruſcis adeò conuenire, vt nihil ſuperſit, nihil deſit, niſi Leges, & Conſtitutiones Ciuitatum, & Coloniarum; nam ad Vulterram non pertinent.



C

Hoc monumentum Summi Pontificis repono Ego Proſperus.

XL. *Scarith Die xiij. Auguſti* MDCXXXV

Osnvs Paccius Arretinus Thuſcorum ſummus Pontifex, & Vulterrani duodecim Sagi Pontifices prȩfecto, magiſtro, & vniuerſo Collegio augurum.

Dum hæc imprimerētur, repertę fuerunt quędam chartę, in quibus ſunt initia hu-

A

ius Legationis, quam ſi totā reperiri cōtigat edemus cū iterū excudetur hic Liber.


B

C

HEBREORVM vatum carmina, ceremonias, Legeſq; Hebraici populi, quas Turnus Maurus, vt in eius Legatione ad Oniam illius gentis ſummum Sacerdotem mandatum fuerat, in membranis tranſcripſit, & ad nos attulit, legimus; & cum in eis ſumma conſpiciatur doctrina, & ſapientia, ideò omnia ad vos tranſmittimus, vt religioſè cuſtodiatis, & pro hac vice tantum Magiſter coram Præfecto, & quatuor Dorchethibus legat; ſed in poſterum ſoli Magiſtro videre, & legere permittitur; & ſi quid ex eis opus fuerit, Magiſter conſulatur: nullus ex ipſo Collegio abſtrahere poſſit; ſed ipſe Magiſter cuſtodiat; verum ſi ſummus Pontifex ea videre, & legere voluerit, Magiſter teneatur illi permittere, vt legat.

Ego Voſpicus Atriarius primus Sagus Pontifex ſcripſi iiij. idus noni menſis anno Vulterræ cıɔ cıɔ ıɔ xxxviij.

Ego Oſnus Paccius Maximus Pontifex ſubſignaui.


oſnus paccius arretinus thuſcorum ſummus pontifex et uulterrani duo decim ſagi pontifices præfecto magiſtro et uniuerſo collegio augutum

hebreorum uatum carmina ceremonias legeſque hebraici populi quas turnus maurus ut in eius legatione ad oniam illius gentis ſummum ſacerdotem mandatum fuerat in membranis tranſcripſit et ad nos attulit legimus et cum in eis ſumma conſpiciatur doctrina et ſapientia ideo omnia ad uos tranſmittimus ut religioſe cuſtodiatis et pro hac uice tantum magiſter coram præfecto et quatuor dorchethibus legat sed in poſterum ſoli magiſtro uidere et legere permittitur et ſi quid ex eis opus fuerit magiſter conſulatur nullus ex ipſo collegio abſtrahere poſſit ſed ipſe magiſter cuſtodiat uerum ſi ſummus pontifex ea uidere et legere uoluerit magiſter teneatur illi permittere ut legat

ego uoſpicus atriarius primus ſagus pontifex ſcripſi iiii idus noni menſis anno uulterræ cıɔ cıɔ ıɔ xxxviii

ego oſnus paccius maximus pontifex ſubſignaui

Quæ in hoc Scarith inclusa continentur, ea sunt exemplaria, quę habent meam ele- XXXVIII.
ctionem, approbationem, & confirmationem ad custodiam huius Arcis, quæ ex *Scarith*
veris transcripsit Ascus Armius Collegij Subscriba. Insuper acta omnia vsque ad *Die III.*
susceptam custodiam cum omnibus signis, & subscriptionibus eorum, ad quos *Augusti.*
spectat onus ea subsignandi; præterquam Signo Scribæ nostri Collegij; quod cum ad MDCXXXV
me pertineat, non fuit æquum ea signare Scribæ signo. Sed quia concessum est mihi, vt scripturas, quas libuerit, mecum in Arcem asportarem; ideò Præfectus etiam Signo simplici subsignauit. Omnia hęc, quę mihi charissima, tibi commendo, nè pereant. Reponam etiam in alio Scarith veras scripturas, ex quibus hęc exem- A
plaria sunt transcripta; quę sunt inter alias Collegij scripturas, quas mecum detuli. Quamplurima item monumenta, vaticinia, & alia reposui, & reponam in diuersis Scarith inclusa: si vis omnia, omnia quære. Signum aureum Pręfecti, & Signum Scribę reponam. Preciosa, & ęternitate digna solus non inuenies. Ab his non longè pecunia.

Prosperus Fesulanus Arcis Custos.

B

Hoc est exemplar eorum quae jn
collegjo nostro uulterrano ha
bentur cjrca concessjonem ele
.ctjonjs custodjs arcjs scornellj,
scrjptum a me Asco armjo pjsen
sj ejusdem collegjj subscrjba·

C

Cum præmatura morte occubuerit Lucius Arentius Arretinus, Custos Arcis Scornelli; & à Præfecto, Colonis, & militibus iuxta morem, & Statutum Legis sepultus; cum alius in eius locum subrogandus sit, Nos Ascus Cronius, Ennius Alerius, Pailus Memmius, & Lucius Fidicus quatuor Sares Collegij Equitum cum dignos viros diligenter vestigauerimus, & ad hoc onus substinendum idoneos, quos Equitum Magistro proponeremus, hos Marco Fidentio proponimus.

Proſperum Veſulium Feſulanum, Feſulanæ Ciuitatis Patritium, Collegij Augurum Scribam.

Aulum Sichinium Patritium Cremonenſem, Aruſpicem.

Publicum Vancaſium Ciuem Mutinenſem, Aruſpicem.

Aruntem Caruagum Arretinum, Aruſpicem. Quos huius muneris dignos iudicauimus; quorum vnum idem Marcus Fidentius Equitum Magiſter eligat, quem libuerit.

Ego Aſcus Cronius primus Sares, vt ſupra, ſcripſi.


Ego Ennius Alerius ſecundus Sares.

A Ego Pailus Memmius ex quatuor Sares tertius.

Ego Lucius Fidicus Sares quartus.

Ego Marcus Fidentius Equitum Magiſter, cum, quos Sares noſtri, vt ſupra propoſuerunt, dignos omnes exiſtimauerim, quibus Scornellanæ Arcis cuſtodia committi poſſit, vt nulli detraham, & cum omnes ſint è Collegio augurum, ipſi Collegio eos commendo, & concedo, vt hac vice ſolum ex his quatuor, quem digniorem viderint, eligant; & electum Senatui de more approbandum proponant.

B



Ego Aſnus Niger Collegij Militum Scriba, Magiſtro iubente, ſcripſi.

Quam Magiſtri Militum cum recepiſſet conceſſionem Collegium noſtrum,
maior pars ipſius Collegij elegit, tanquam digniorem, Proſperum Feſulanum;
vt eſſet Cuſtos arcis Scornelli; ſicut videtur in libro quodã augurũ ſub die ſe-
cunda Martij anno poſt Vulterræ ædificationem CIↃ CIↃ IↃCCXC VI. cum eſſet
Præfectus Elbius Dàndolius Vulterranenſis Senator, & Magiſter Lucius Meſ-
C ſius Peruſinus. Tum ipſi Proſpero mandatũ fuit, vt aliquid proponeret, quo
ſe idoneum ad tale munus demonſtraret, vt Senatui id proponeretur, vt ipſe
confirmaretur. Idem Proſperus ſequenti die quæ ſequuntur propoſuit.

Ego Proſperus hæc ex legibus, & humana ratione collegi præcepta, quæ vobis, Sanctiſſimi Augures, ad cuſtodiam Arcis Scornelli de more proponerem: igitur vos oro, vt, ſi placent, Senatui eadem proponatis, vt à vobis electus ab ipſo Senatu confirmer.

Magnanimitate, & clementia potius, quam immanitate, & feris armis ſuperatur hoſtis, quamuis furens.

Ciui-

Ciuitates,& Oppida, quæ nobis nullam vtilitatem, nec inimicis detrimentum afferunt, deſtruere, aut deuaſtare, inhumanum, & ſtultum eſt.

Adulatores, ſiuè bonorum calumniatores à Regibus, & alijs qui populos regunt, ſunt procul eijciendi.

Duces in prœlio diſcordes Patriæ proditores appellandi.

Fides Plebi non eſt habenda; nec ex Plebe Duces creandi; nam inconſtans eſt, & ſuperbit ſemper.

Nobiles, & Optimates muneribus, non minis, aut pœnis animos Plebis A
debent mulcere.

Iniuſta bella deteſtanda; nam triſtes exitus habent.

Qui ambitioſa, & iniuſta bella ſuſcipiunt, omnium ſibi odium, & ſuæ Ciuitati perniciem parant.

Belli Dux non à Rege, aut à Magiſtratu eſt eligendus, ſed à Militibus. O quam bene pugnant Milites ſub eo Duce, quem amant!

Non Regis, non Patrum, ſed vnius annuum imperium optimum; qui propter virtutes confirmari, aut propter vitia caſtigari poſſit.

Iuſta cauſa belli eſt, ſicut noſtra fuit cum Romanis; ideſt vel iniuriam nobis illatam propulſandi, vel amicis laceſſitis auxilium ferendi.

Superborum imperium breue, & fragile.

Bonus Ciuis pro incolumitate Reipublicæ non ſolum bona, ſed vitam B
etiam profundere debet.

Supraſcripta omnia, ab vniuerſo Collegio approbata, proponantur Senatui pro confirmando Cuſtode Arcis Scornelli, per Augures electo.

Ego Verus in Collegio Socius, quod ità Præfectus iuſſit, hoc feci teſtimonium pro ipſo Proſpero Feſulano noſtri Collegij Scriba Die IIII. Martij in Augurum Collegio Vulterrano.

Vulterranus Senatus confirmat ipſum Proſperum Cuſtodem Arcis Scornelli: cui idem Senatus Arcem commendat, & Caſtrum; & mandat Præfecto Caſtri, vt ſolemniter eum recipiat.


Ego Volumnius Maurus Senator, & Præſes. C

Ego Virogus Arretinus Senatorum Scriba, vt mandatum eſt ſcripſi XXI. Martij Vulterræ.

W

Sic electus, & confirmatus Cuſtos Arcis Scornelli Proſperus Feſulanus, ceperunt Augures auguria, quæ Magiſter optima iudicauit, & omnia confirmauit; inde Præfectus conceſſit Proſpero, vt exercere poſſet officium Scribę, &
A vt ſecum ferre poſſet in Arcem Scornelli Augurum Scripturas, quas vellet, & eas cuſtodiret, nec alicui exemplar tranſcriberet ſine conſenſu Collegij; & ei mandatum eſt, vt niſi fata obſtarent ſeptimo quoque die ad Collegium veniret.

Aſcus Armius Piſenſis Collegij Augurum Subſcriba xxjv. Martij.



Quare xxx ejusdem mensis tradidi
hoc exemplar ipsi Prospero quod
B sulsignatum erit a praefecto ut
Kalendis sequentis mensis possit munus
suscipere Ascus armius subscriba
ego elbius dandolius præfe
ctus
ego prosperus fesulanus suprascripta omnia accepi ab eodem Asco armio
subscriba eadem die

C

Cum Magiſter Equitum viderit electionem, & confirmationem ſupraſcriptas, concedit ipſi Proſpero, vt præſtito prius iuramento coram Senatoribus, prima die ſecundi menſis ſuſcipiat cuſtodiam ſupradictæ Arcis.

Aſnus Niger Collegij Militum Scriba ſcripſit.

Ego Marcus Fidentius militum, & Equitum Magiſter.


Cum magister equi
tum uiderit electi
onem & confirma
tionem supraſcrip
ta: concedit ipſi pro
ſpero ut præſtito pri
us iuramento coram
ſenatoribus prima
die ſecundi menſis
ſuſcipiat cuſtodiam
ſupradictæ arcis.
Alnus niger collegii
militum ſcriba ſcrip
ſit.
Ego Marcus fi
dentius militu
m et equitum
magiſter.

A

B



C

Suprascripto exemplari lecto coram Senatoribus à me Occo Aulico primo Scriba, cum Auguria optima fuiſſe videantur iuſſus eſt Proſperus iuramentũ pręſtare omnia peragendi, quę ad arcẽ vtilia videntur, & parendi Senatui, & Præſidi, vt conuenit: quo præſtito hæc ſubſcripta, & ſubſignata fuerunt.

A

EGO MVCCIVS VOLVSI
VS SENATOR VVLTER
RANVS PRIMVS ARV
NENSIS PRO VOLVM
NIO MAVRO PRÆSI
DE INFIRMO SVBSI
GNAVI



B

ego occucauliciucce
natorvulterranus
etprimus scriba subscr:
ex signaui



C

ego meuius atriarius patriti
us uult. & scornelli praefectus
uisis ueterascriptis prosperum ut
custodem arcis recepi kalendis
secundi mensis

ego orcius modius comarcia
cii colonus & uulterranus
eques prospero custodiam
arcis scornelli commisi

XXXI.
Scarith
Die xxij
Iunij.
MDCXXXV

*Signum hoc eſt Signum Collegij noſtri, quod apud Scribam ſemper aſſeruatur: ſed nè pereat (ſacrum enim eſt) repono. Ipſum cuſtodi; nam alterum, quod habet Præfectus * * * **

*Proſperus Feſulanus Augur, & Scr * * * * **



A

AD duos paſſus, ſi quæres, inuenies Signum Collegij noſtri, quo vtitur Scriba: ſed ad jv. paſſus Signum aureum Præfecti. Breuia, at vetuſtiſſima Regum antiquorum diligens inueneris, atque Lucumonum geſta; Pręſidentum indicem. Quę omnia, à pluribus notata, & linteis chartis demandata, vſque ad hunc annum durant. Sed ego ſeorſum omnia repoſui, vt vnum inuentum eſſet tibi cauſa diligenter omnia quærendi. Igitur nè fatigeris quærendo; nam multa, immò quamplurima inuenies; quorum multa apud me ſunt, quę ad Collegium ſpectant, vt apud Scribam; multa ab alijs ſum mutuatus; nam Hiſtoriarum me lectio delectat; multa ad hoc ipſum Caſtrum pertinent; quæ, & eorum Signum hùc aſportata fuère, cum fortius obſiderent Romani Caſtrum. Igitur tuorum Signum commendo tibi; nam (quod gaudeo) abhinc triduo Aſtra, à te huius Caſtri reliquias poſſidendas, demonſtrarunt; quod & ex primis augurijs cognoui, quæ obſeſſus cepi. Signo hoc vtebantur Coloni, vt extat ſignatum ex altero latere, ante ædificationem Arcis, & nunc vtuntur in negocijs Salinarum, & ſalis: at cum inuenta fuerint fatalia cornua, & caſtrum nomen mutauit, & ſignum; quo in rebus publicis vtuntur. Commendo tibi meos Penates. Cornua aurea, & ſacra Templi ne arroges tibi; nam hæc in proprios vſus conuertere ſacrilegum eſt.

Ex XXXIV. Scarith Die xxx. Iunij. MDCXXXV

B

Proſperus Feſulanus Augur.

C





Alte-

XXXVII *Scarith Die V. Iulij.* MDCXXXV

ALterum Vulterrani Collegij signum ex vtraque parte signatum, quod semper habet Præfectus, ideò hic repono, quod cum Prefectus in auxilium mihi venerit, subita febre correptus interijt. Signo hoc ex ea parte, qua simile est eius, quod habet Scriba, vtebatur tunc Prefectus, cum Scriba suo vteretur ad signanda ea, quę toti Vrbi, & Thuscię essent communia; si verò arcanum aliquod, vel quid aliud ad Collegium solummodo spectans signandum esset, Prefectus solus signabat signo simplici, quod est ex alia parte sine eo signo quo Vulterrani Senatores vtuntur nomine Ciuitatis. Signum, quod pertinet ad Scribam, iam reposui: ipsum tibi iterum commendo; hoc verò non commendo solum, sed volo, vt ipse, dum viues, custodias; nam, si alteri custodiendum dederis, malum tibi, & cui dabis pernicies instat breui futura. Prima monumenta, à me reposita, sacrę Leges, & patrię primordia nè incidantur, cura. Qui hoc dicit, & hæc reposuit Prosperus est Fesulanus, Augur.

A





B

Libri Tertij Finis.

C

ETHRVSCARVM ANTIQVITATVM FRAGMENTA

LIBER QVARTVS.

A

NVLLVS est aculeus aptior ad excitandam sopitam posterorum sobolem, quæ vitiorum sepulcro detinetur, vt Virtutis semitam ingressa, gloriam, & honorem summum consequatur; quam vt Auorum Virtutes, parentum gloria, maiorum vera felicitas. Nam his aculeis agitati adolescentium animi ad labores impelluntur. Quod intuentes primi Collegij nostri Augures; vt discipuli propensius ad Virtutem incumberent; nè eis Auorum exemplum deesset, statuerunt, v Magistri eligerentur; à Dorchethibus prudentissimis approbarentur, vt postea eos Præfectus confirmaret: vt his rebus ità gestis cognoscerent discipuli quanta esset Virtus, quę in doctore eligendo tantam diligentiam exigeret. At nè laudabilis, atque perutilis mos desuesceret hominum incuria, ea ipsa, quę Magistri electi proponerent cum approbationibus, & confirmationibus, vt in libros referrentur, religiosissimè cauerunt: atque ità à mortuis eruditi honestissimam posteri, & Virtutibus refertam vitam instituant. Hos igitur libros tibi reponam, vt videas quanti Virtutem fecerint primi Ethrusci. Quos libros, licet commendatione non egeant, attamen, quia eos maximi ęstimo, plurimum commendo. At hoc scito, quod si quis aut hos libros, aut quasuis alias scripturas, vel monumenta, vel Penates, aut reliqua, quæ reposui, & reponam, nisi tu liberè concesseris, alicui reuelauerit, quisquis fuerit, damnum patietur vel famæ, vel fortunæ. Si verò aliquid te inuito arripuerit, vel quouis modo protulerit in lucem, & famæ, & fortunæ bona adeò periclitabuntur, vt eum hoc egisse pœniteat: & quò plura furabitur, eo magis pœnas dabit, & si omnia sibi adscripserit inhonestè cadet; nam hæc tibi reposita esse scias: Verum si quis te permittente, vel vel partem, vel totum reuelauerit, aut palam fecerit, nec minimum quidem detrimentum patietur; dummodo non inuitus conceßeris.

Augurum Scriba Prosperus Fesulanus.

XLVI *Scarith die xviij. Septemb.* MDCXXXV

B

C

Quot in vnaquaq. Magistr. electione Scriptor. tot diuersi sunt characteres.

HÆc ego, ab Auguribus Magister electus, vobis, Dorchethes, propono, quæ, vt approbetis, rogo.

Ignauus eſt dux, qui religionem contemnit, & nunquam hoſtes ſuperabit; immò ſuperabitur.

Magiſter Equitum, & duces ſeueritate milites regant.

Difficilior eſt gubernatio Reipublicæ tempore pacis, quam belli; nam tunc neceſſitas, timor, & hoſtis docent.

Externus hoſtis ciuili diſcordiæ vtiliſſimum eſt remedium.

Metus maioris mali aliquando præſenti malo conſulit.

Plebis ſeditio paulatim potius flectatur, quam ſubito frangatur.

Seditionis duces illicò ſunt tollendi.

A Vulterranæ Reipublicæ vtilius ſemper fuit vnius imperiũ, quam multorũ.

Præſidum viciſſitudo ſalubris eſt Vulterranæ Reipublicæ.

Quę ſupra ſcripta ſunt, & Magiſtro, & ſapientiſſimo viro mihi digna videntur, eaque non modo approbo, ſed etiam atque etiam commendo. Ego Neuius Saucius Senator Feſulanus, Dorchethes.

Ego Temius Scatemius Senator Lunenſis approbo.


Ego Aulus Ardenuus Ciuis Veronenſis.

Ego Meuius Cratius Mantuanus approbo.

Ego Caius Seruilius Romanus, Vulterrani Collegij Præfectus Occum Pomarium Senatorem Vulterranum Magiſtrum confirmo Lucio Cornelio Lentulo, & Publio Iulio Appu-

B

C



Qua-

QValis esse debeat in collegio Augurum Magister ipsius Magistri signum indicat: nam Virga, quæ in eo conspicitur iustitiam, potestatem, & auctoritatem denotat: oculus autem, qui est in summitate ipsius Virgæ, indicat vigilantiam, & prudentiam: ala verò doctrinam demonstrat, & scientiam, quibus alijs præcellere debet: manus, quæ labores significat, hoc Magistro insinuat, vt labori non parcat, vt semper discipulos exerceat: sidus, cum sit cœlestium imago probitatem, & religionem, quæ Magistrum cœlestibus similem reddant, ostendit: duo characteres innuunt, ipsum obscura interpretari debere. Iure igitur id statuere maiores, vt prudentissimorum Dorchethum A
se discussioni subijciat Magister: ideò hæc vobis propono Augurum prudentiores, vt optimè perpendatis, an supradicta omnia in me vigeant, adeò vt dignus sim, qui Magister approber.

Mundum vnicum esse.
Plures Mundos inueniri impossibile videtur.
Cœlum principium habuit, nec corrumpi potest.
Cœlorum duplex est motus.
Princeps, qui non est clemens, Tyrannus.
Imperans comis sit in socios, mansuetus in hostes.
Prudens iracundiam moderatur. B
Negocia homines prudentiores, & eloquentiores efficiunt.
Securum non est omnia onera, & munera Reipublicæ vni soli committere.
Nulla virtus sine labore.
Omnium scientiarum parens labor.
Virtutem natura consequitur honor.
Præclarus ille est, qui sanguinis ingenuitati virtutem coniungit: at monstrum horrendum, qui claris natalibus ortus virtutis hostis vitijs fœdatur.

Ego Anius Moriconius Senator Vulterranus, & Augurum Dorchethes Aruntem Petronium Magisterij dignitate dignissimum iudico.

Ego Orcus Venesus Vulterranus Aruntem Petronium patritium Vulterranum doctissimum cognoui, & ad Magistri munus exercendum aptum. C

Ego Vffus Lodius Volsinius Augurum Dorchethes.

Ego Antes Entellius Genuensis Patritius.

Ego Turrenus Felsinius Senator Vulterranus Augurum Præfectus.



Ego Ennius Cecinna Scriba subscripsi anno ciↄ ciↄ iↄcxlix.

Imperium est nobilissima seruitus.

Sicut humanum corpus sine capite non potest permanere; sic Respublica sine gubernante, vel Præside, vel Principe.

Principis dignitas nec superba, nec abiecta sit.

Princeps sit iustus, æquus, clemens, & Religiosus.

Princeps si velit amari à populo, populum amet: amor namq; populi gloria, salus, & fundamentum Principis.

Princeps libenter exponere debet pro subiectorum commodo, & vtilitate propria bona, propriam salutem, propriam vitam.

A Princeps subiectorum iniurias vindicet; proprias dissimulet; pudicitiam defendat; delinquentibus ignoscat.

Pacta, conuentiones, & promissa qui non obseruabit, non modo à Principatu; sed etiam à Senatu reijciendus est.

Fundamentum Principatus est liberalitas.

Prudens Princeps, finitimos populos augeri, non sinat.

Principum pernicies adulatio.

Difficillimum est cauere nè ab adulatoribus quis decipiatur; nam adulatio adulatum delectat.

Possidonius Panecij filius, ab omnibus vestri Collegij Auguribus Magistri

B electione honoratus, hæc vobis, Augurum prudentissimi, proposuit, vt, si placent, approbetis.

Ego Titus Falerius Ciuis Vulterranus, & Dorchethes approbo.

Lucius Placentinus cognomine Ciacus approbat.

Marcus Arnamius Patritius Vercellensis, & Dorchethes approbat.

Quintus Saluius Parthenopæ Ciuitatis Ciuis.

Alcus Lodius Volsinius Augurum Præfectus confirmat.



C Ego Mozus Torcius Senator Arretinus, Scriba scripsi Anno Vulterrano cIↃ cIↃ IↃCLV.

OPtimus Magister non ignorare debet diuina, nec humana; ideò optimè institutum fuit, vt Magistri Collegij Augurum doctrina à Dorchethibus iudicetur: ast ego ad Magisterij munus electus, licet tanto honore me indignũ cognoscam, vt Augurum erga me humanitate non abutar, hæc propono.

Vna omnium est natiuitas; vna mors.

Vita nostra est operatio.
Felicitas est obliuio malorum.
Non sagax, sed prudens est bonus.
Dulcis est memoria laborum.
Nulla felicitas, quæ careat libertate.
Libertatis fomentum Leges.
Discordia omnium rerum est maxima pernicies.
Liberalitas est comes concordiæ.
Nil fœdius Auaritia. A

Ego Marcus Marcellus Romanus Vulterrani Collegij socius, quod Titus Mellicus scripsit appprobo.
Ego Mecenas Cecinna Dorchethes approbo.
Ego Quintus Accidius Patritius Lunensis approbo.
Ego Marcus Cronius Capuensis.
Ego Tatius Dusius Obricolensis Præfectus Titum Mellicum Tarquiniensem Magistrum approbatum confirmo.


B

Ego Caius Arucius Tusculanensis, Augurum Scriba Vulterrano Anno cIↃ cIↃ IↃcLXj. scripsi.

PErsius Flaccus cum sit ab vniuerso Augurum Collegio in locum Titi Mellici prædefuncti subrogatus, vt, an confirmandus sit, probetis ad præscriptum Legis, hæc vobis Dorchethes proponit.
Patria nil dulcius, nil charius.
Pro Patria nullum incommodum graue.
Qui contra Ciuem arma sumit, ingratus, & iniustus est; ideò è Patria expellendus. C
Proditores etiam hostibus exosi sunt.
Praui mores non castigati semper peiores fiunt.
Damnum aliquando vtilitatem parit; nam prudentiores reddit.
Bona fama aliquando non minus perniciosior, quam mala.
Inuidus non lœdit; attamen inuidiam vitare bonum est.
Post voluptates tribulationes, & dolores sequuntur.
Suis similem moribus quisque amat.
Ego Marcus Marcellus Romanus in Vulterrano Augurum Collegio socius,

quæ supra à Persio Flacco scripta fuerunt approbo.

Ego Mecenas Cecinna Dorchethes approbo.

Ego Quintus Accidius patritius Lunensis, Augurum Dorchethes approbo.

Ego Marcus Cronius Capuensis.

Ego Tatius Dusius Obricolensis, Præfectus Persium Magistrum confirmo.



A Caius Arucius Tusculanensis, Scriba anno post Vulterram conditam ciↄ ciↄ iↄcLxiij.

Coribantes Moriconius hęc politica Pręcepta vobis, optimi Patres, proponit, quæ, si digna iudicabitis, eum Magistrum Collegij approbetis.

Præsides, & Gubernatores Reipublicæ Populi voluntati seruiant.

Mali mores, & abusus populi non illicò sunt mutandi, sed moderandi.

Præsides, & Præfecti moribus, & ingenio populorum, quibus imperant, indulgeant.

B Cum finitimis populis potentioribus semper omnibus viribus amicitia conseruanda est.

Melius est parcere hostibus, quam in eos sæuire.

Desperatio instaurat vires; igitur cauendum est ab hostibus extrema audentibus.

In ciuilibus bellis victoria est perniciosa, & vituperanda.

Calumniatores maius incommodum afferunt Reipublicæ, quam Hostes, Fames, aut Pestis.

Ego Titus Veturius Graccus, Dorchethes Vulterranorum Augurum suprascripta approbo.

Et ego Ennius Volusius Patritius Vulterranus, & Dorchethes.

C Item ego Occus Olanius.

Ego Iasius Blandus, Aquilonius Ciuis.

Ego Tatius Etalius Præfectus Coribantem Magistrum confirmo.



Ego Caius Vdernius Ferentinus, Scriba scripsi anno Vulter. ciↄ ciↄ iↄcLxvij.

Magi-

MAgiſtri quaſi tubicines ad ſcientiarum certamina diſcipulorum animos excitare, atque incitare debent; verum, ſi tuba rauca ſit, ad riſum, ad iocum potius quam ad prælium milites allicit: ita Magiſtri ingenium, ſi rude ſit, nequit iuuenes ad virtutes incitare; ideò optimè, an Magiſtri noſtri Collegij tuba ſonora ſit; ideſt an eius probitas, an doctrina ad hoc munus idonea fuerint, à Dorchethibus periculum fieri noſtræ Leges præcipiunt, quarum obſeruantiam vt ſeruem, hæc vobis propono.

Audaces multa ſæpiſſimè adepti ſunt.

Multa difficillima experientia faciliora demonſtrat. A

Subita etiam fortes deterrent.

Ira ſumma infelicitas eſt.

Iracundus à ſtulto nihil differt.

Magnanimus aduerſitates contemnit.

Magnanimus eſt, non qui ſe vindicat de iniurijs, ſed qui vindicare potuit, & pepercit: maxima enim vindicta eſt ignoſcere.

Superbia hoſtis virtutum omnium, vltima hominis pernicies.

Superbus ſimillimus eſt feris.

Ego Artabanus Veneſus patritius Vulterranus, & Dorchethes ſupraſcripta approbo. B

Ego Aſtrus Boroſius patritius Mediolanenſis.

Ego Corath Feroſius Ciuis Panormenſis Siculus, Vulterranus Dorchethes approbo.

Ego Corus Belius Phænianius Ciuis, Dorchethes approbo.

Ego Nuccius Aredius Cæritis Augurum Præfectus Vacum Cetium Carnenſem Magiſtrum confirmo.



C

Ego Turnus Vianus Nepeſinus, Scriba ſubſcripſi anno à Vulterræ ædificatione cIↄ cIↄ Iↄclxxiij.

MAgiſterij magnitudo tanta eſt, vt illius non ignari ab hoc onere ſe liberos exoptent: at contra tanti ponderis ignari, etiam, quæ non didicerint præcipere concupiſcunt. Sed, nè hoc in Collegio noſtro accidat, ſtatutum à maioribus religioſiſſimè à nobis obſeruatur; vt & indocti ab hoc onere reijciantur, & docti ad hoc munus, etiam inuiti compellantur. At quis à ſanctiſſimis Auguribus electus inuitus munus ſuſcipiat? igitur ego nec labores re-

cuſo

cuso; nec si velim possum recusare; sed vtrum dignus sim, qui Magister confirmer, probetis, hæc exhibeo Dorchethes prudentissimi.

Omnia mors superat, virtus sola resistit.

Baculum senectutis sunt litterę.

Sapiens est ditior Regibus, fortior quoque robusto.

Omnium fortissimus, qui curas, doloresque simulare nouit.

Vir fortis in tribulatione solidatur.

Nullus supra vires periculum faciat; nam hoc temeritatis est.

Nihil sine labore acquiritur.

A Æmulari, non inuidere quis debet virtutibus.

Ocium est hominis sepulcrum.

Ocium luxuriam nutrit.

Luxurioso pœna est luxuria.

Luxurioso proximum est exitium.

Ego Coribantes Moriconius Dorchethes Messium Farsium patritium Fesulensem Magistrum electum approbo.

Ego Vacus Cetius Ciuis Carnensis approbo.

Ego Oscus Burius Ciuis Pisensis.

Ego Titus Chisius Suanensis, Dorchethes Vulterranus approbo.

B Ego Artabanus Venesus, patritius Vulterranus, & Augurum Præfectus confirmo.



Ego Caius Manuceus Vulterranus Ciuis, Ethruriæ colonus anno ciɔ ciɔ iɔcLxxjx.

C Nos socij sacrosancti Collegij Augurum Messium Farsium patritium Fesulensem iterum in sex annos sequentes Magistrum eligimus, quam electionem, prudentes Dorchethes nostri, si vobis videtur, approbate.

Ego Mozzus Garbius Ciuis Vulterranus, Emporiensis colonus, Augurum Subscriba hanc deliberationem scripsi.

Ego Antius Fidentius Patritius Vulterranus, & Dorchethes approbo.

Ego Aulus Flaccus Patritius Vulterranus, & Dorchethes approbo.

Ego Elbius Entellius Genuensis, Senator approbo.

Ego Mecius Sidirius Ciuis Iaderensis, in Collegio socius, & Dorchethes approbo.

Ego

Ego Hirlogus Torbonus Perusinus, Augurum Pręfectus, confirmo.

Ego Segeptus Marmuccins Vetuloniensis, Augurum Scriba scripsi cIↄ cIↄ Iↄ c LXXXV. Vulterræ in Collegio. A

Prosperus Fesulanus hęc reponit, vt optimè custodita custodias. XLVIII. *Scarith Die xix. Septemb.* MDCXXXV

NIhil est, sapientissimi Patres, maioris vtilitatis alicui Reipublicæ, quam adolescentes, vel ignorantes docere, atque erudire: nam sicut parentum ope corpora; ità mentes Magistri eruditione formantur. Ego autem ad Magistri munus electus hęc vobis proponam: quę si digna vestri Collegij Magistro iudicaueritis; & me Præfectus confirmauerit, pro viribus curabo vt discipulorum animos honesta delectent; turpia verò offendant. B

Ratio prudentis est domina cupiditatum, & voluptatum.

Nullus vir dici potest, qui non est fortis.

Mortem sibi consciscere ignaui hominis est.

Fortunæ nulla fides.

Audaces magis quam timidi laudandi sunt.

Viros lacrimæ dedecent.

Patria prima post Deos.

Nihil dulcius, & gloriosius, quam mori pro Patria.

Qui conciues non amat, Patriam odit.

Nihil melius habet Ciuitas, quam amicitiam.

Vnus animus est amicorum, & eadem anima. C

Immodicus amor nonunquam in odium vertitur.

Ego Tascus Dándolius Vulterranus Augurum Dorchethes approbo, & commendo, quæ suprascripta sunt.

Ego Monsus Oldinius Senator Rauennatensis.

Ego Luris Brenius Ciuis Senensis Gallus approbo.

Ego Segeptus Babulius Pi- . . . . Dorchethes approbo.

Ego Aulus Flacc- . . . . Augurum Præ- . . . . blium Quintil- . . . . Romanum.



Ego Moricus Mo-...., ſtro Scornelli .... poſt Vulterræ.....cıɔ cıɔ ıɔcxcj.

SAnctiſſimi Dorchethes, vt noſtri Collegij mos eſt, hæc, quæ ſequuntur, vt approbetis, propono.

Quæ ſis dicturus, aut facturus perpende prius.

A Conſilium eſſe debet Reipublicæ vtile, conſulentibus glorioſum, & effectu promptum.

Prœlia non minus conſilio, quam armis ſunt perficienda.

Conſulentes patienter audiant, & diligenter interrogent.

Aliquando conſulere non eſt bonum.

Pertinacia voluntatis ambitio vocatur.

Obſtare nonnunquam laudabile.

Lentè deliberes; cum deliberatum fuerit, celeriter facias.

Nimis credentes pluries decipiuntur.

Nemo non bonus prudens.

B Ego Aſcus Olanius Vulterranus Patritius approbo.

Ego Meuius Pellius Ciuis Sueſſanus, Dorchethes approbo.

Ego Acceſus Offius Sulmonenſis approbo.

Ego Ennius Maccius Mutinenſis.

Ego Marcus Minutius Romanus Caium Dándolium Magiſtrum à Collegio electum; à Dorchethibus approbatum confirmo.



C Ego Aruns Farſius Feſulanus, Augurum ſcriba ſcripſi anno cıɔ cıɔ ıɔcxcvij. à Vulterræ ædificatione.

CIuitas non poteſt vocari, quæ inimicos repellere non poteſt.

Ciuitas, quam leges non cuſtodiunt, citò decidat neceſſe eſt.

Si Leges non eſſent, homo nihil diſtaret à brutis.

Ambitione peſtis maior non eſt in Ciuitatibus.

Calumniator tanquam veneficus eſt ab Vrbe pellendus.

Amicitia leges, & virtutes ſuperat. Ambitioſus paucos habet amicos.

Illustrem, & præclarum virum clementia decet.
Inconstantes è Republica eijciendi sunt.
Nihil prodest acquirere, nisi adepta custodias.
Magistratus non ad perniciem, sed ad defensionem Ciuitatis inuenti sunt.
Hæc sacrosancti Dorchethes, vt approbetis propono.
Ego Titus Glosius, Patritius Perusinus, Augurum Dorchethes Lucium Sorosium, Vulterranum Senatorem, Magistrum electum approbo.
Ego Docus Risinius, Ciuis Vulcerensis Hister, Dorchethes.
Ego Nirbosus Curicus Narbonensis. A
Ego Arnus Fregus Arpinensis.
Ego Lucius Virbius, Senator, Cremonensis confirmo.



Ego Vlcus Maffus Vulterranus, Collegij Scriba scripsi anno cIↃ cIↃ IↃcciij.

B

NIsi cultoris solertia solum quamuis optimum colendo exerceat, atq; in eo serat optimum semen, nullum fructum potest afferre bonum: sic optimi ingenij vbertas: nisi egregius Doctor, & sapientissimus institutor c[illegible]ima præcipiendo exerceat, nullum virtutis fructum afferre potest. Quarè sapientissimus Tagot Ethruscorum Rex, & Maximus Aruspex, qui Collegium nostrum instituit, cuius ipse fuit caput, Magistri munus alijs præferendum censuit: sed, nè hoc munus indigno conferretur, statutum est, vt Collegium eligeret, electum Dorchethes, si idoneus esset, approbarent, approbatum Præfectus confirmaret: ideò hæc vobis propono.

Bonus Ciuis patriam quamuis vilem, quamuis malam semper debet extollere, & laudare. C
Qui patriam vituperat, se ipsum vituperat.
Non patria, sed patriæ amor, & ciuium dilectio ciuem facit.
Animus, non locus, non natura ciuem ab hoste distinguit.
Obseruantia Legum salus est Reipublicæ.
In Republica sunt necessaria imperium, & obedientia.
Qui alijs imperat, nisi se contineat, nec alios continere potest.
Imperantes nimis indulgentes peccant.
Seuerior iustitia fit iniustitia.
Violentum imperium citò deficiet.

Elbius Cecinna Senator Vulterranus approbat.
Titus Plinius Veronensis approbat.
Et ego Tatius Lepidus Regiensis, Dorchethes approbo.
Ego Nuccius Fusius Ciuis Adriensis, Dorchethes.
Segeptus Dispolius Cortonensis, Præfectus confirmat.



A Ego Occus Burius Pisensis, Scriba anno Vulterrano ciɔ ciɔ iɔccjx. subsignaui, & exemplar Elbio Mauro Scribæ signo signatum tradidi.

EGo Cranus Prisius patritius Patauinus vestri Collegij Magister electus hæc vobis, sanctissimi Dorchethes, propono.
Qui Deos non timet, non fortis, sed stultus.
Vitium maximum est iactantia: iactator namque se, laudando, vituperat.
. . . . adulari pessimum.
Exterorum modica laudatio, & præsertim hostium pluris æstimatur, quam
B charorum, & familiarium.
Ab adulatoribus magis, quam ab inimicis, tibi cauendum est.
Magnanimi est mereri laudem, sed laudem spernere.
Innocentia timoris expers.
Oculis magis, quam auribus, credatur.
Adolescens mutus sit apud Reges, & apud Senes taceat.
Ineptus senex prudentior est quouis prudentiori adolescentulo.
Iuuenes nimium, vtilius senes loquuntur.
Nulla maior cura, nullum maius solatium est, quam liberi.
Quod scripsit Cranus ego Caius Manlius Romanus, Dorchethes Vulterranus approbo.
C Ego Titus Felsinius Senator Vulterranus approbo.
Ego Titus Cesius Vulterranus approbo.
Ego Ornus Fusius Bolsinensis, Collegij Dorchethes approbo.
Ego Elbius Maurus Præfectus Magistrum Cranum confirmo.



Ego

Ego Caius Alerius Vulterranus Ciuis, Collegij Scriba ſubſcripſi Anno cIↄ cIↄ Iↄccxv.

PRæſidi pernicioſiſſimum eſt ordinationes, & leges maiorum mutare.
Princeps amore, Magiſtratus timore populos regant.
Pace magis, quam bello Ciuitas augetur.
Melius eſt obſtare, nè quis delinquat, quam delicta punire.
Fortes iniurias ſubitò obliuiſcuntur.
Nihil fœdius, quam iniuria alijs illata in auctorem reiecta. A
Ira rationem abſcondit.
Ira, vbi vires deficiunt, maxima pœna eſt.
Ira, quę eſt rationis comes ad multa egregia facinora animat.
Adoleſcentis animus laudibus, & præmaturis honoribus ad ſuperbiam extollitur.
Obedientia omnibus rebus præſtantior.
Impudicus amor hoſtis eſt bonarum artium.
Impudentia ingratitudinis ſoror.
Bella, & diſcordiæ ex diuitijs oriuntur.
Diues auarus eſt inops. B
Nimium prodigi culpandi.

Hæc vobis, Dorchethes prudentiſſimi, propoſui, non quod ad noſtri Collegij munus ſubſtinendum me idoneum nouerim, ſed nè Augurum in me beneuolentiæ ingratus videar.

Ego Voſpicus Atriarius, Senator Vulterranenſis, Lucium Alerium Ciuem Vulterranum dignum eſſe Magiſterij munere, aſſero.

Ego Iaſius Torbonus Senator Peruſinus, Augurum Dorchethes.

Ego Meuius Viſehius Senator Mediolanenſis, Thuſcorum Augurum Dorchethes.

Ego Torcus Cugius Vadenſis Colonus, & Dorchethes.

Ego Lucius Ercuſus Sutrinus, & Vulterrani Collegij Præfectus Lucium Alerium confirmo. C



Ego Meuius Maurus, Patritius Vulterranus, atque Augurum Scriba ſubſignaui Anno cIↄ cIↄ Iↄccxxj.

DOrchethes ſacroſancti, vniuerſo Collegio placuit, vti ſcitis, me quamuis ſenem iterum Magiſtri munere honorare: ideò, quemadmodum noſtræ antiquiſſimæ Leges præcipiunt, hæc propono, quæ (ſi vobis placuerit) approbetis.

De Dijs diſſerere humanum non eſt; nec id capit humanæ mentis coniectura.

Mundus ſacer eſt, finitus eſt, ſed infinito ſimilis. Cœlum mouetur.

Sol Cœli rector, & ſiderum, anima mundi vocari poteſt.

Nox eſt vmbra.

A Sidera terreno humore paſcuntur.

Sol, & ſidera noſtros oculos offendunt, nam ſplendor ſicut ignis adurit.

In tenebris, quæ ſunt in luce videmus, quia lucidus aër purgat, & expellit vmbras: verum niger aër, quod eſt in tenebris, cum ſimus in luce, nos cernere prohibet; nam craſſior eſt, & omnia foramina complet, & vias noſtris oculis claudit.

Ego Lucius Minutius patritius Romauus, Thuſcorum Dorchethes, quod in noſtra latina lingua Augurum prudentiores ſonat, quamuis Elbium Maurum Senatorem Vulterranum, & Martis Sacerdotem, Magiſtrum iterum electum approbatione non egere clarum ſit; nam qui ſemel fuit ad idem munus

B approbatus, ſemper eodem dignus habetur, attamen ſuæ gloriæ augendæ gratia, quæ ſcripſit non ſolum approbo, ſed etiam atque etiam laudo.

Ego Elbius Dorius Senator Vulterranenſis, & Dorchethes.

Ego Titus Sempronius ciuis Romanus, & Colonus Caſtrenſis, Dorchethes.

Ego Lucius Iſiuius ciuis Camertinus, Vulterrani Collegij Dorchethes.

Ego Titus Cæcilius Metellus Senator Romanus, Præfectus Augurum ſcripſi, ſignaui, & Elbium Magiſtrum confirmaui.



C

Anno poſt Vulterram conditam cIɔ cIɔ Iɔccxxvij. ego Oſcus Ancius Vetulonienſis Scriba ſubſcripſi.

CVm ſim ab vniuerſo Augurum Collegio electus Magiſter, ſecundum morem, & Legem ipſius Collegij hæc vobis, prudentiſſimi viri, propono, vt, ſi placet, me Magiſtrum approbetis.

Ægritudines cordis aut ſunt malegiæ, aut purgeniæ.

Humiditas malegia hominem interficit.

Onicra-

Onichrationi tarda mors ſequitur.
Coarctatio humiditatis prohibens dilationem occídit.
Calidum in corde ſtatim hominem perducit ad mortem.
Debilitas, & extenuatio purgeniæ ægritudines nuncupari debent.
Vlcera cordis bothoralia poſt ſanguinis fluxum interficiunt.
Chorisſth tarditas, & lenitas humiditatem demonſtrant.
Choriſt velocitas, & frequentia calidum cor ſignificant.
Choriſth durities ſiccitatem oſtendit.
Choriſth fortitudo, & æqualitas bonam valetudinem. A
Choriſth inæqualitas, & debilitas peſſimam valetudinem indicant.
Qui ſæpe iraſcitur ſtultus eſt.
Metus ſapientes perturbat.
Iratus veritatem non cernit.
Stultitia eſt, ſe occidere propter mortis timorem.
Libertas virtutis ſocia.
Domeſticæ deliciæ virtuti aduerſantur.
Paupertas optimum artificem efficit.
Innocens vitam agit ſecuram.

Ego Titus Valerius Romanus, in Collegio Thuſcorum Augurum Dorchethes. B

Ego Caius Claudius Patritius Romanus, in Collegio Thuſcorum Augurum ſocius, & Dorchethes Proſperum Sabancum Rauennatem patritium approbo.

Ego Artabanus Veneſus Vulterranus, atque Dorchethes approbo.

Ego Oldus Barulus Senator Cortonenſis, Augurum Dorchetes approbo.

Ego Nuccius Volturrenus Augurum Præfectus Proſperum confirmo.



C

Ego Arbunus Encius Ruſſellenſis, ſcriba ſubſignaui anno cIↄ cIↄ Iↄccxxxiij. in Collegio Augurum.

SI quis indignus ad aliquam dignitatem fuerit aſſumptus, ab ea remouendus eſt; nè vilis Aſinus generoſi Leonis pelle contectus ludibrium ſibi, Reipublicæ dedecus, ſubditis populis incommodum, hoſtibus riſum pariat: quod, nè accidat in ſacroſancto Augurum Collegio, quod non Ethruriæ ſolum; ſed Thuſciæ, atque etiam totius ferè orbis maximum decus eſt, fuit cau-

tum,

tum, vt omnes dignitates, & omnia munera dignis, & probatis viris committerentur: at in primis dignitas Magistri, quæ secunda est; & nisi Præfectus in locum Regis institutoris Collegij successisset, ea prima esset. Igitur si aliæ dignitates dignos viros exigunt, hęc, in qua omnium rerum summa constituta est, cum socios, discipulosque Magister instituere optimè debeat, dignissimis committenda, nè falsa doceant, nè bonos mores deprauent, nè deprauatos foueant. Quarè ego Policras Licinius Magister electus, nè postea cum dedecore remouendus sim, hæc vobis, Dorchethes prudentissimi, propono, vt probetis vtrum dignus sim, qui confirmer: at, si onus valdè mihi formidabile, subterfugere possem, nec experimentum de me exhiberem.

A Ex causa irasci laudabile: sine causa execrabile.

Si vera subest irarum causa, non irasci vituperandum.

Virtus sola laudabilis.

Animorum coniunctio est ab astris, & si virtute coniungitur, non soluitur; quia virtus æterna est, nisi mors, vel potius ipse motuum motor dissoluat; si verò vitijs fouetur, citò corruet, vitium enim nunquam permanebit.

Vnà duorum astrorum societas aduersos hominis nixus reddit inopes, si ex eadem virtute ortum habeat; & licet homo ea disiungere conetur, nihil efficiet, nam mors nec disiunget, quos Cœlum, & ipsa virtus iungit; immò absentia tristior magis coniunget: cum verò astrum in alterum grauissimo crimi- B ne non semel, & iterum errauerit, quod difficile; nam amicus amico donat errata, forsitan amicitiæ nodus dissoluetur.

Quilibet contra proprium astrum ibit facilè, contra alterius nunquam.

Expertus mala fit ferè prudentior.

Qui detractorem alit, viperam nutrit.

Qui adulatores audit, ferrum sibi acuit, quo infelix ipse peribit.

Non vtilem Reipublicæ nunquam natum fuisse, præstaret; at perniciosum exterminari oportet.

Ego Curuis Farsius Fesulensis. & Collegij Dorchethes Policratē approbo.

Ego Clarius Quintius Dorchethes Collegij.

C Ego Caius Ronzonus Mantuanus, Collegij Dorchethes.

Ego Surich Traponus Clusinus.

Quæ Policras Arretinus proposuit ipsum dignissimum demonstrant; ideò approbo ego Titus Valerius Romanus, & Collegij Vulterrani Præfectus.

T

Ego Macorilius Pomarancij Colonus, ſcriba anno Vulterrano ciↄ ciↄ iↄccxxxjx.

XLVII. *Scarith* *Die xviij.* *Septemb.* MDCXXXV

Plures libros repoſui, in quibus ſunt Magiſtri Collegij noſtri; eos tibi plurimum commendo; nam ſcientia pleni ſunt: verum hunc prę cęteris tibi commendo, quia cęteris prę ſtat, quod in eo eſt Magiſter meus Eſar, cui plurimum debeo Ego Proſperus Feſulanus.

Sicut ſtrenuus Imperator eſſe non poteſt, qui prius miles non fuerit; ità nec bonus Magiſter eſſe poteſt, qui diſcipulus prius non ſit: quapropter à Doctiſſimis Dorchethibus Augurum Magiſtrum approbandum eſſe, rectè factum eſt. Ego igitur ad munus electus, hæc vobis proponere audeo. A

Qui vitute potiri deſiderat voluptates fugiat.

Sicut cibus corpora; ſic animos labor nutrit.

Seruus magis, qui cupiditatibus, quam qui hominibus ſeruit, dicitur.

Diues non eſt, qui habet opes, ſed qui non habet cupiditates.

Infelicior nullus auaro.

Paupertas, & miſeria ſolæ inuidia carent.

Propter virtutes inuideri ſolatium. B

Inuidus ſui eſt acerrimus hoſtis.

Indignos laudare malum eſt.

Si quis velit amari, laudari, & honorari liberalis ſit.

Bonis benefacere maximum eſt commodum.

Ego Lucius Æmilius Romanus, in Collegio ſocius approbo, quod Alcus Maurus ſcripſit.

Ego Titus Atriarius Patritius Vulterranus, & Dorchethes approbo.

Ego Lartes Tolumnius Senator Cluſinus, & Augur.

Ego Dymus Rubonius Leontinus Ciuis; & Dorchethes Thuſcorum Augurum approbo.

Ego verò Titus Horatius Venuſinus, Collegij Vulterranenſis Præfectus confirmo. C

Ego Lucius Cranius Patritius Senenſis, Augurum Scriba anno Vulterrano ciↄ ciↄ iↄccxlv. ſubſcripſi.

EGo electus Magifter hæc vobis Dorchethes, propono.

Spes dominandi in arduo pofita eft; verum illi, cui eft ingreffus, facilis eft afcenfus.

Magnanimus inuidiam, & arrogantiam effugere debet.

Homini, prauo maiora meritorum cupienti, dominari feruire eft.

Nulla tam moderata cupiditas, quæ ad maiora non afpiret.

Cupidus, & auarus feruitutem agunt infeliciffimam.

Diuitiæ auaris moleftias, & follicitudines afferunt.

Nobilis eft virtutes, & diuitias retinere maiorum.

A Nulla nobilitas, quam non alit virtus.

Ciuium concordia amicis fiduciam, & inimicis metum auget.

Improborum concordia citò in diffenfionem vertitur.

Ego Azzus Moriconius Senator Vulterranus, Augurum Dorchethes approbo.

Ego Aulus Maurus Senator Vulterranus, Dorchethes, quod Morgetes Magifter electus propofuit, approbo.

Ego Neuius Turfianus Dorchethes.

Ego Cifius Sucinat Panormitanus Ciuis, atq; augurũ Thufcorũ Dorchetes.

Ego Marcus Cornelius Romanus, Vulterrani Collegij Præfectus Morgetem Virbium Cremonenfem, Magiftrum electum, & approbatum confirmo.
B



Ego Profperus Magnefius Senator Populonienfis, & Augurum Scriba anno Vulterræ ciↄ ciↄ iↄccLj. fcripfi.

QVò magis quis dignus eft, Dorchethes prudentiffimi, eò magis fe dignum effe monftrare debet: quarè optimè à maioribus noftri Collegij fancitum eft, vt Magifter, cuius dignitas prima eft poft Præfectum,
C antequam confirmetur, aliquid proponat, vt à vobis approbetur, & inde à Præfecto confirmetur: ideò hæc propono.

Diues raro fapiens.

Affiduus labor etiam difficillima efficit.

Incuriofi homines nihil adquirent.

Auarus fui ipfius hoftis immaniffimus.

Sicuti lucem fecuntur tenebræ, ita voluptates pœnitudo.

Nihil homini iniquius, quam ficta amicitia.

In opti-

In optimè meritum ingratus è Republica eijciendus, ab hominum consortio segregandus, è vita exterminandus.
Pauper virtutibus refertus ditior ignaro diuite.
Pecunia, & virtutibus comitatus duplex diues.
Virtutes veræ diuitiæ.
Ego Orchus Maurus, Augurum Dorchethes, Neuium Tursianum magisterij munere dignissimum iudico.
Ego Neuius Volusius Patritius Vulterranus, & Dorchethes.
Ego Lucius Scaurus Patritius Bononiensis. A
Ego Titius Relatius ex Pontia.
Ego Antius Vesulius Præfectus.



Ego Aulus Licinius Augurum Scriba anno cIↄ cIↄ IↄccLvij. à Cethim ædificatione subscripsi.

OPtima ratione, sanctissimi Patres, cautum est, vt is, qui alios docere debet, suæ ipsius virtutis aliquod ijs, ad quos spectat, indicium præbeat, nè, qui discipulum adhuc esse non nouit, discipulos edocere præsumat: quarè ego ab vniuerso Augurum Collegio Magister electus hæc vobis, Doctissimi Dorchethes, qui in hoc totius Collegij vices substinetis; vt, si me aptum ad erudiendos discipulos cognoueritis, pro vestra humanitate confirmetis. B
Imperij fundamentum est virtus.
Nemò felix nisi doctus.
Virtus nec senescit, nec marcescit.
Gloria malorum citò in ignominiam vertitur.
Impij semper timent. C
Ipsa improbitas impio summa pœna est.
Melius est laudem mereri, quam laudari.
Melius non laudare, quam adulari.
Boni ad virtutes prœmijs; mali autem pœnis sunt prouocandi.
Sine fide nihil firmum, nihil stabile.
Ex virtute nascitur honor. Melius est ignorare, quam errare.
Ego Aulus Flaccus Vulterranensis Senator, Collegij Augurum Dorchethes Lucium Scaurum Bononiensem nostri Collegij Magistrum electum ad hoc munus aptum, esse censeo.

Ego Ornus Cepis Senator Perusinus, Dorchethes.
Ego Genuinus Forcus Patritius Genuensis, Dorchethes.
Ego Titus Burius Ciuis Pisensis, Dorchethes.
Ego Ascus Petronius Vulterranus Augurum Præfectus Lucium Scaurum Magistrum confirmo.



A Ego Tarcon Mantuanus Scriba subscripsi, & ipsi Lucio exemplar dedi anno à Vulterræ ædificatione cIↃ cIↃ & IↃCC LXIIJ.

IMperitus Artifex si molem aggrediatur, antequam ad culmen perueniat, eadem concidat oportet. At nè corruat virtutis ædificium, quod in adolescentium animis construendum est, maiores nostri sanciuère, vt Magister electus non prius confirmetur, quam de eius scientia constet: quarè prudentissimi Dorchethes, hæc vobis discutienda propono.

Stultus est, qui alijs præcellere præsumit; ideò non est idoneus ad gubernandam

B Rempublicam.

Sapiens est, qui multos se sapientiores inueniri putat.

Magis interest Reipublicæ auxilia petere ab extraneo, quam à potentiori vicino.

Senator vtilitatem Reipublicæ cognoscere, eamque proprijs commodis anteferre debet.

Æterna erit ea Respublica, quæ hominum non lapidum arcem habebit.

In Republica nullus auctoritatem, quam non habet exerceat.

Clemens vtilior est Reipublicæ, quam iustus.

Ambitio seditionem parit.

A felicitatibus magis, quam ab infortunijs, & miserijs corrumpimur.

C Vnicus Princeps in Republica, vnus imperator in bello sit, multorum namque imperium Ciuitati perniciosissimum.

Ego Volturrenus Cecinna Senator Vulterranensis, & Augurum Dorchethes, quæ proposuit Meuius Volusius Magister electus approbo, atque eum, qui sit Collegij Magister, dignum iudico.

Item ego Caius Pomponius Senator Bononiensis, & sacrosancti Augurum Collegij socius, & Dorchethes.

Ego Claudius Catullus Veronensis.

Ego Lucius Taccus Præneſtinus, socius, & Dorchethes.

Et ego Orcus Maurus Præfectus Neuium Magiſtrum confirmo.



Ego Arcus Modius Ciuis Vulterranus, & Pomarancij Colonus, Collegij Scriba ſubſcripſi, & de more Neuio exemplar dedi anno poſt Vulterræ ædificationem iɔcc lxjx poſt ciɔ ciɔ. A

NEuius Voluſius in Magiſtri munere, ita ſe geſſit, vt mereatur à nobis confirmari; præſertim in his calamitatibus, quibus immani Sylla agente premimur: quarè prudentes Dorchethes, hanc confirmationem, ſi placet approbetis, quod aliàs ſuperi ores Dorchethes approbauerint. Ego Oſcus Moriconius Ciuis Vulterranus, & Scornelli Colonus Augurum ſubſcriba, quod Collegium decreuit notaui Kalendis Martij.

Ego Ennius Fidentius Senator Vulterranus, & Augurum Dorchethes Collegij Decretum approbo.

Ego Mecenas Cecinna Ciuis, & Patritius Vulterranus approbo. B

Ego Gelius Egnatius Senator Beneuentanus, & Thuſcorum Collegij Dorchethes approbo.

Ego Titus Socchius Ciuis Aſculanus, Dorchethes.

Mihi Lucio Farſio Feſulano, Augurum Præfecto, Collegij deliberatio, & Dorchethum approbatio placent, & Neuium Magiſtrum iterum confirmo.



Ego Accer Geſius Collegij Scriba ſubſcripſi anno ciɔ ciɔ iɔcclxxv. dum nimium à Sylla vexaremur. C

MAgiſtrum perfecto auro ſimilem eſſe conuenit; Ideò ſicut aurum igne probatur; ſic Magiſtrum ſapientia Dorchethum probari prudenter inſtitutum eſt: ideò ego Neuio vita functo, quamuis immeritus ſubſtitutus, hæc vobis propono.

Aduerſa à nobili viro ſunt æquo animo ferenda.

Deſperatio ignauia nuncupari poteſt.

Perniciosiores ſunt animi ægritudines, quam corporis.

Viros

Viros lacrimari dedecet, quod feminarum proprium.

Vt in aduersis adiuueris, in prosperis alijs commoda.

In eadem culpa est qui succurrere perituro potest, & non succurrit, in qua qui hominem occiderit.

Diues non est qui diuitias possidet, sed qui bene diuitijs vtitur.

Memoria beneficiorum æterna sit.

Qui potest corrigere peccantem, & non corrigit, eiusdem culpę fit reus.

Bestię hominum causa generatę sunt; homines, vt alijs hominibus prosint.

Qui hominem lædit, contra naturam facit.

A Ego Ennius Fidentius Dorchethes approbo.

Ego Mecenas Cecinna Vulterranus approbo.

Ego Gelius Egnatius Beneuentanus, Senator, & Dorchethes approbo.

Ego Titus Socchius Asculanus.

Ego Caius Roldescus patritius Mediolanensis Lucio Farsio Pręfecto à Sylla occiso subrogatus Clementem Alnotium Arretinum Magistrum Collegij confirmo.

B



Ego Accer Gesius Scriba subscripsi anno Vulterranæ Ciuitatis cIↄ cIↄ Iↄccclxxjx.

PRæclarè quidem maiores nostri omnia instituerunt: sed illud in primis, vt Collegij nostri Magister primum post Præfectum locum obtineat, & summis honoribus dignissimus habeatur: quod prudẽter factum nullus est, qui negare audeat: nam hoc summi honoris, & gloriæ exemplar intuentes discipuli natura auidi honoris, qui est virtutis præmium, auidius virtutem inquirant: C at nè, qui ad tantum honorem eligitur, indignus alicui videri possit, statutum est, vt à quatuor Doctissimis viris, qui Dorchethes dicuntur, idest Augurum prudentiores, prius approbetur, vt indè à Præfecto confirmetur. Ego igitur statutum hoc approbans, & commendans, vt decet, hæc vobis propono, vt videatis, vtrum Esaris electio sit approbanda, vt postea confirmanda: quod si tanto honore dignus videbor, pro viribus conabor, vt electio, approbatio, & confirmatio optimum sortiantur effectum; nam in monendo sedulus; in præcipiendo diligens; in docendo indefessus id efficiam, vt Esarem Magistrum habuisse, pœniteat neminem.

Omnes res ab entibus proueniunt.

Rerum principia inuisibilia, insensibilia, & infinita sunt; quæ nos cognoscere, impossibile videtur.

Principium vnicum est.

Motus, & mutationis principium ipsa natura est.

Nullum infinitum separatur à sensibilibus.

Locus est primum continens, quod in nullo corpore continetur.

Tempus non est motus, sed consistit in motu, & in numero.

Omne quod mouetur necesse est, vt ab aliquo moueatur. A

Motus est æternus.

Primus Motor aut immobilis est, aut à se ipso mouetur.

Ego Cambus Dorius Senator Vulterranus, & Dorchethes Esarem approbo.

Ego Clemens Alnotius Patritius Arretinus, Dorchethes approbo.

Ego Maduppius Ibachius, Senator Genuensis, Esarem Volturrenum Vulterranum approbo.

Ego Titus Sarcius Ciuis Aquileiensis.

Ego Oscus Olasius, Patritius Arretinus, Augurum Præfectus.

B



Ego Menius Sisius, Ciuis Mutinensis, Augurũ Scriba anno cIↄ cIↄ Iↄcclxxxj

QVemadmodum ignis aqua extinguitur, ita adolescentium ardor, & propensus ad vitium animus prudentia, & doctrina Magistri extinguenda sunt: ideò Magister nostri Collegij, antequã cõfirmetur, an ad hoc munus idoneus sit à Dorchethibus iudicari debet; quapropter ego, Dorchethes prudentissimi, in Esaris locum electus, hæc vobis proponam, vt videatis, an sim dignus hoc munere. C

Animi bona sunt fides, libertas, amicitia.

Instrumentum principatus, & imperij sunt boni amici.

Nulla pestis maior, quam fraudulens amicus.

Tacitæ inimicitiæ perniciosiores sunt, quam apertæ.

Nimia laudatio adulatoris est; ideò reprehensibilis.

Salubria monita principio sunt amara, postea verò iucundissima.

Monitio rara sit, nam monitis assuetum assidua non emendat.

Amicum, cum affligitur, adiuues.

Nè

Nè obliuiscaris accepti, sed dati.

Qui beneficium accipit, suam libertatem vendit.

Ego Aulenus Moriconius Senator Vulterranus Maduppium Ibachium Senatotem Genuensem Magistri munere dignum iudico.

Item ego Lucius Tursianus Senator Fesulensis, Dorchethes.

Et ego Menius Sisius Ciuis Mutinensis, Augurum Dorchethes.

Ego Cisius Coracius Ciuis Carallita Sardus.

Ego Esar Volturrenus Vulterranus, Collegij Præfectus confirmo.

A

Ego Olbius Pomarius Patritius Vulterranus, Scriba subscripsi, & Maduppio exemplar tradidi anno post Vulterram conditam ciↄ ciↄ iↄcclxxxvij.

NE quis, minimè idoneus, aut indignus, Magister huius Collegij eligatur, prudentes Dorchethes instituti sunt, qui mores, probitatem, & doctrinam electi probent. Igitur ego electus Magister hæc vobis propono, B vt iudicetis, an hoc munere sim dignus, & ad hoc onus substinendum idoneus.

Bonus mortem non timet. Mortem nulli exoptes.

Pauperem nè spernas; nam nescis, an pauper futurus sis.

Inhumanum est, calamitatibus amicorum non dolere.

Noli desistere monere amicum.

Arcanum illi, cuius fidei periculum non fecisti, nè committas.

Boni imitandi, mali fugiendi. Malorum consuetudo bonos deprauat.

Turpissimum est id committere, quod in alijs reprehendisti.

Quidquid ad te non attinet, noli inquirere.

Ego Entius Dorius, Vulterranus Senator, Lucium Messium Perusinum Magistrum electum approbo.

C Ego Oscus Olasius Arretinus, & Dorchethes.

Ego Mucius Manuceus Ciuis Vulterranus, Augurum Dorchethes.

Ego Titus Rosius Amerinus, Vulterranensium Augurum Dorchethes.

Ego Elbius Dándolius Præfectus.

Ego Prosperus Vesulius Fesulanus, Collegij Vulterrani Scriba anno CIↃ CIↃ IↃCCXCIIJ. *scripsi.*

Secundam partem Sententiarum, & Praeceptorum Augurum idem, qui primam reposuit, & tertiam reponet, reponit. CII. *Scarith Die xxv. Nouemb.* M.DC.XXXVI.

LVcumones, Pręsides, vel Mediastutici curent iustitiam, pietatem, religionem: obseruent Leges: populi onera releuent: bona, vitamq; pro Reipublicæ commodo periculis omnibus exponant: Rempublicam tueantur conseruent: populum, & plebem defendant: contumelias Reipublicæ illatas vindicent: delinquentibus, qui errorem fatentur, & emendant, ignoscant: plebis amicitiam curent: optimates corrigant: eos, qui in errore persistunt, castigent: pacem omnibus viribus quærant. A

Qui non rectè vixerit; nec alios benè regere poterit.

Non qui multa scit; sed qui scit Reipublicæ vtilia, aptus videtur ad regendam Rempublicam.

Qui Rempublicam administrant præteritorum temporum annales legant.

Reipublicæ Principes nunquam ab Vrbe discedant.

Curent, nè dum publica crimina corrigere volunt, excitent seditiones. B

Vt amentur, & timeantur, accusatores munerent, calumniatores damnent.

Optimè gubernatur Respublica ab ingenuis, & optimis viris, qui legibus parent; quod agunt, intelligunt; ex quibus sunt optima consilia.

Periculosum est Reipublicæ, aliquem quamuis optimum in dignitate confirmare.

Plures Magistratus vni committere perniciosissimum est.

Qui populos gubernant, tàm nobilium, quàm popularium animos sibi concilient; nobilium honoribus; popularium lucro.

Detrectantibus potius, quam cupientibus, dignitates deferantur.

Qui honores, & dignitates non ambiunt, nec curant, eis prælati sunt, qui honoribus, & Magistratibus gloriantur. C

Magistratus subiectorum vtilitati prospiciant.

Qui ad proprium cõmodum Reipublicæ munera administrant, iniusti sunt.

Qui publicum munus exercent, non moueantur ira, odio, aut amore: sed dum persona publica se induunt, spolientur veste priuati.

Magistratus, & dignitates annuę sint: nam & omnes sperant ex illis consequi; nec superbiunt homines ob diuturnos honores.

Senatores nunquam mutentur.

Imperandi onus est arduum, difficilè, & fortunæ subiectum.

Imperantes coram subiectis nihil indignè agant; nec vilem ostendant ani-

mum: nam à populo contemnitur, qui dignitatem suam parui facit.

In Republica Magistratus necessarij sunt.

Magistratuum munera sint ad tempus, non perpetua.

Magistratus vtiliores sunt legibus.

Non sint lucrosi.

Nec diuitibus, nec pauperibus, vt plurimum concedantur: sed mediocris fortunæ hominibus; dummodo ingenuis.

Qui Magistratus administrant non sorte, sed delectu creandi sunt.

Qui emit honores, vendit iudicia.

A Imperandi cupiditas pernicies est Reipublicæ, & ambientis.

Munus gubernandæ Reipublicæ voluntarium sit.

Ciuis, qui propter sumptus, vel labores Magistratus recusat, vi exercere cogatur; & si malè exercuerit grauissimè puniatur.

Qui à Patriæ dignitatibus, honoribus, vel muneribus se abstinet, peccat, nec Rempublicam amat.

Publica vtilitas priuatæ anteferatur.

Nulli ad Magistratus admittantur, nisi idonei.

Qui semel approbatus est, semper idoneus censetur ad idem munus.

Eis, qui in dignitate sunt negotiationes, vel artes aliquas exercere, indi-
B gnum est.

Respublica, quæ à plebeis gubernatur non durabit.

Plebes amat eos, qui eam decipiunt, & perdunt: benefacientes odit: in periculis timet: in seditionibus nimis audet: quod cupit, nescit: Nobilium mores; quamuis optimi fuerint, abhorret; eisque iustè, vel iniustè semper obstat: noua facilè desiderat, & facilè commouetur; sed facilè ad pristina relabitur, & recurrit,

Nihil est stultius populari multitudine.

Melius est seruire Regibus, quam tollerare sæuitiam intollerantis plebis: Rex namque, licet pro arbitrio faciat, id quod agit intelligit: at plebes non intelligit, & quod honestum est non cognoscit.

C Melius est sub potestate hostium, quam plebis arbitrio viuere.

Qui ex vili plebe citò ad diuitias, & honores euectus fuerit; citò quod adquisierit, amittet, & ignominiosè excedet vita.

Plebes absquecapite, licet irata, nunquam tumultum excitat; sed inani rumore queritur.

Inobedientia populi turbat pacem Reipublicæ.

Loquendi libertas populi amorem consequitur.

Potenti viro perniciosissimus est plebis publicus, & singularis amor.

Qui ex plebe est nobilium fauore non modo audax, sed temerarius euenit.

Natalitia eorum, qui obſcuro genere orti ad ſupremos honores prouecti ſunt, manifeſtat ſuperbia.

Modeſtia nobilium nullis armis vincitur, niſi honores, & dignitates offerendo.

Nobilitas alia eſt corporis, alia animi: corporis ex genere, claritate, & virtute parentum: animi verò ex proprijs meritis, & virtutibus.

Nobiliores ſunt, qui ex propria virtute fiunt illuſtres, quam qui ex genere: at ignobilis videtur, qui ſuis vitijs auorum ſplendores obſcurat. Verè nobilis eſt, qui cum ſanguinis ingenuitate, & maiorum ſplendore habet virtutes. A

Sanguinis ingenuitas inter anguſtias reſplendet.

Sunt ſæpius nepotes hæredes virtutum, vitiorumque auorum.

Licet aliquis proprijs meritis ad honores perueniat, id tamen à Republica accepiſſe dicat.

Stultus, & ambitioſus etiam fortuita ad propriam gloriam attribuit.

Iracundi, vel ſuperbi, quamuis fortes, non ſunt idonei ad gubernandam Rempublicam.

Bonus Ciuis omnibus viribus curare debet Reipublicæ, populique conſeruationem, honorem, augmentum.

Reſpublica, quę certos redditus non habet, citò corruet. B

Anima Reipublicæ ſunt bona, & pecunia.

Loca inculta, vel à proprijs dominis derelicta, & ſterilia Reſpublica ſibi adiungat: non enim æquum eſt, quod Ciues bona ſua perdere poſſint cum detrimento Reipublicæ.

Ciuium bona, & perſonæ ſunt Reipublicæ ſubiectæ.

Bona damnatorum publica ſint; & eis, niſi in publicis vtilitatibus, vel neceſſitatibus, non vtantur.

Hoſtium præda partim ærario, partim militibus diſtribuatur.

Aduenarum, qui inteſtati decedunt, bona ad Rempublicam ſpectant.

Conſueta portoria, & vectigalia adimere, vel augere, & Reipublicæ, & Ciuibus perniecioſiſſimum videtur. C

Sæuitia imperantium tumultum, & ſeditiones excitat.

Seditiones ab otio oriuntur.

Otioſus miles vires amittit; & ciuitatem ſeditionibus replet.

Seditio in principio benignitate ſedatur.

Sedato tumultu ſæueritate opus eſt; & duces diſcordiæ è medio tollantur.

In ciuilibus ſeditionibus quidquid feceris ſiuè bonum, ſiuè malum alij laudabunt; alij vituperabunt.

Vis aliquando neceſſaria videtur, vt quieta ſit Ciuitas.

Vnum corpus eſſe debet Reipublicæ; vnus animus Ciuibus.

Nullus se immisceat in eo, quod ad se non pertinet.

Vnusquisque propria curet, nec, quod ad suum munus non spectat, tractet: tunc Respublica non confundetur; sed augebitur.

Peregrinus in aliena Ciuitate nihil, pręter suum negocium, agat; nihil de alienis inquirat.

Extranei nunquam admittantur ad ius Ciuitatis; ex his namque seditiones oriuntur.

Plures extranei simul conuenire possunt, & rectè Ciuitatem condere.

Quando Colonia deducitur, curandum est, vt Coloni indigenarum numerum excedant.

A Ex nouis vectigalibus, & tributis defectiones populorum oriuntur.

Cum populi deficiunt, victoria in celeritate consistit.

In Ciuem rebellantem, eius priuatus hostis, dux eligatur.

Victoriæ externæ bona Reipublicæ augent, & ciuiles consumunt.

Dux defectionis clam, & citò interficiatur.

Populi discordes, quamuis nulli subditi sint, libertate non fruuntur: magis serui absque domino, quam liberi appellantur.

Reipublicæ libertas in legibus fundatur.

Lex est humanarum rerum domina.

B Magistratus omnes legibus obtemperare tenentur.

Necessarium, vtilissimumque est seruire legibus.

Lex dux est, & ratio rectè gubernandæ Reipublicæ.

Per leges noscuntur crimina.

Tales leges esse debent, quales sint Respublicę.

Leges consonæ sint moribus.

Boni mores, & consuetudines firmentur legibus.

Abusus per Leges tollantur.

Leges secundum tempus, & arbitrium bonorum in Republica mutari debent.

Vt temporum vices mutantur, ita & mores.

C Aliquando Leges mutentur; verum quæ tollerari possunt tollerentur.

Leges, quas populus custodit, & conseruat, quamuis malæ vllo modo tollantur.

Quæ cum damno, vel sine vtilitate Reipublicæ conuelli non possunt, substineantur.

Vsus populi conseruetur.

Ex Legibus oritur pax, ocium tranquillitas vitæ.

Homo ad felicitatem natus est; & finis Reipublicæ debet esse felicitas.

Felix Respublica, quæ non indiget Legibus.

Natu-

Naturalis ratio bonorum pro Lege habetur.

Imperio assuetis, obedire Legibus; nè dum alijs seruire, durum est.

Finis Legis est iustitia.

Iustitia ad Leges, & ad omnes Reipublicæ partes, pacis, & belli tempore necessaria videtur: nam sine iustitia subitò res publica, & priuata concidunt, & corruunt.

Ex iustitia, & scientia nascitur quod bonum, & æquum est.

Potestas, & scientia in Republica gubernanda iungantur; nam scientia absque viribus nihil est, & potentia absque scientia pernicies est. A

Prudentia est ars bene viuendi, & media inter intellectum, & sensum.

Tempori aliquando cedatur.

Quod facere decreuisti, nè differas facere.

Consilium rectum non ab annis, sed à sapientia procedit: ideò prudenti iuueni potius credendum est, quam ignaro seni.

Tam prosunt Reipublicæ consilia prudentum, quam arma fortium.

Nec arma sine legibus, nec leges sine armis diu durare possunt.

Iustitia sit finis belli.

Iusta causa belli est defensio: iniusta verò est cupído imperij, vel diuitiarum

Bellum iniustum est, si prius non fuerit indictum. B

Iniustissimum est bellum, quod, vt ditio amplietur, innocentibus infertur.

Antequam bellum indicatur, scribantur milites; & ijs, quæ ad prosequendum opus sunt, consulendum est.

Ad bellum gerendum necessaria sunt milites, annonæ, arma, pecunia.

Bellum consilio, & prudentia indicatur, tractetur, perficiatur.

Qui sine causa bellum mouent, sed tantum, vt fines dilatent, bona propria amittent.

Prius Dijs immoletur, & Auguria capiantur, & postea arma moueantur.

Ante pugnam ductor animos militum exploret.

Extraneis militibus nè committat pugnam, nam hi lucrum magis, quam belli causam curant: extranei namque prędæ non victoriæ, intendunt. C

Nihil peius est in Republica, quam egere viribus alienis.

Nè fidas tumultuario exercitui quamuis magno, quamuis forti.

Serui non militent.

Nè fidas ei, quem læsisti.

Nè credas ei, quem semel infidum cognouisti, licet postea verus, & fidus appareat,

Transfugis nulla fides habeatur.

Vni tantum indico, vel speculatori non est credendum.

Hostes, qui primo impetu fugam arripiunt, cautè persequendi sunt; nam

sub fuga insidiæ manent.

Hostium animos prouocare, vt fortiores, & peruicaciores eueniant, imprudentis est.

Imperator vtatur magis ingenio, quam corpore; plura enim perficiuntur consilio, quam vi armorum.

Dux militum voluntati; Rex populorum desiderio; Prætor ciuium moribus se accomodet; Nam qui odium seminat, non metet amorem.

Insipiens plebes gaudet nouo Imperatore, quamuis malo.

Veterani milites adolescenti Imperatori obedire dedignantur.

A Militum animus donis adquiritur; populi opibus; plebis annona; nobilium honoribus; & omnium blanditijs, & ocij delectatione.

Miles, qui ductori, & Mediastutico non obtemperat capite damnetur: Qui ductorem suum reliquerit: Qui fugam arripuerit: Qui seditionem excitauerit gladio occidendus est; Qui verò sponte ad castra redierit, flagris tantum cædatur.

Qui metu hostium ægrum se simulat, vt proditor puniendus est.

Fuga suorum maiori molestia afficit Imperatores, quam hostium victoria.

Ciuis, qui in Reipublicæ necessitatibus, cum arma sumere possit, & non sumit, vt proditor habeatur.

B Pacta, fides, & induciæ cum hostibus seruari debent.

Prius sub ditionem redigantur, & castigentur qui defecerant, quam cum alijs dimicetur.

Nonnulla sunt metuenda; sed nihil spernendum.

Timor amore est fortior.

Nimia spes semper damnosa.

Insolitæ blanditiæ timorem, non spem afferunt.

Melior est præsens secura seruitus, quàm antiqua libertas periculosa.

Melius est prudenter pacem firmare, quam fortiter bellum conficere.

Melius est bellum, quam infelix pax.

C Pax bello conseruatur.

Bella pacis causa geruntur.

Affectus nostri, animique indicia quamuis cælare curemus, non possumus.


Femina aliquid abscondere nolit, nescit, nequit.


Simulatio non celat affectus.

Æmulatio, & amor plus valent, quam leges pœna, vel timor.

Gaudio iungitur dolor; voluptati. * * * *

Quę in his chartis plumbeis ſunt notata, reliquit in Collegio noſtro Pythagoras Gręcis literis; quæ poſtea Elbius Verus Ethruſcis delineauit. Sed Caius Orbianus Vulterranus Pontifex Maximus ſic in his plumbeis latinitate donauit: Ea plurimum commendo tibi Ego Proſperus Augur. XXVI. *Scarith Die xx. Iunij.* MDCXXXV





Hæc Antij monumenta tibi. Ad VII. paſſus aurea Cornua quęre: libros Augurum ad paſsus LV. ad Occidentem: quę ſi Romani non inuenerint, omnia tibi. Proſperus Augur. XXVIII *Scarith Die xxj. Iunij.* MDCXXXV

Adulatores vt peſtem fugito. Litteras prę viribus diſcito. Maledicentes arguito. Nè ſubitò iraſcaris; nam ſubita ira intemperantis eſt. Nimis nè loquaris. Semper tacere vitium. Auaros fugias. Verum aurum nè aſperneris.

Hæc Antius Fidentius Collegio.

Quæ Areſtus Cecinna in Collegio Magiſter in paruula membrana ſcripſit, ſemper maximi feci; ideò repono Ego Proſperus. XXIX. *Scarith Die xxj. Iunij.* MDCXXXV

EGo Areſtus Cecinna in Collegio Magiſter hæc Collegio.

Nè quis dicat affectum eſſe vitium, nam nec vitium eſt, nec virtus; quia affectus eſt animi motio, & vehemens incitatio, quæ ad animum, non ad rem pertinet.

Ignorantia non ſemper vitium; immò particularis aliquando eſt virtus; nam ignorare cauſa pacis, aut ſalutis, & honeſtæ vtilitatis, actio eſt virtutis.

Diſpoſitio, eſt applicatio ad aliquod: quæ ſolum virtutes, & ſcientias naturales conſiderat; & fit per accidentia, quæ ad vnum contrariorum materiam inclinant.

Magna-

Magnanimitas aliquando vitium eſt; nam in ambitionem nonnunquam vertitur; quando circa honores verſatur: &, ſi magnanimus non eſt bonus, fatuus, & ſtultus eſt.

Scientia eſt notitia priorum, & rerum immobilium; nam mobilium opinio dici poteſt: æterna eſt, non generabilis, non corruptibilis; intellectus enim apprehendit de indiuiduis.

Principatus virtus eſt, & potentia; cuius finis eſt vtilitas Reipublicæ; ſed vnicus Princeps eſſe debet; nam multorum principatus malus eſt, & contra naturam.

A

XXXV *Scarith Die v. Iulij.* MDCXXXV

Hoc exemplar à Senatu donatum Collegio noſtro repono. Quod digniſſimum ſit, ideò commendo; & quia Eſar Magiſter meus hoc ſemper maximi fecit. Proſperus cuſtos Arcis, & Augur.

TAndem optimi Patres munus Præſidis compleui: tandem annus exceſſit: ſi ego officium meum, vt par erat, non adminiſtraui, obſecro vos, prudentiſſimi viri, vt eum nunc Præſidem eligatis, qui me doctrina, prudentia, & probitate præcellat: Nullus igitur propriam vtilitatem, ſed quod commune eſt bonum quærat; atque vos in eligendo Præſide; & Præſes electus in officio exequendo hæc præ oculis habeatis.

B

Imperia iniquè, & ſceleſtè quæſita obruuntur, & diù durare non poſſunt.

Omnes, qui alijs imperant, meliores eſſe debent ijs, quibus imperant; nam quò magis illis dignitate, & auctoritate præſtant; eò magis probitate, & moribus præſtare debent.

Acrius Senatores, & optimates, quam plebei caſtigandi ſunt: Leuiſſima culpa illuſtri viro grauiſſima eſt; nam contra Leges, & contra naturam nobiles peccant; plebei verò tantum contra Leges.

Hæc prudenter Menodorus Cecinna Præſes dixit. Iuſſit Senatus me Lartem Velleium Scribam duo exemplaria conficere; quorum vnum in Senatu aſſeruetur; & à Præſidente in fine officij Senatoribus legatur; alterum ſacroſancto Collegio Augurum conſignetur; vt Magiſtri ſocios, & diſcipulos doceant hæc veriſſima, & præclariſſima documenta.

C

XXXVI. *Scarith Die v. Iulij.* MDCXXXV

Militaria hæc documenta nullus ſpernat; nam his aliquando Crano Atlanti opus erit. Proſperus Feſulanus Augur.

DVcis inuictus animus à militum corde timorem expellit; & ipſos ad fortiter pugnandum animat.

Milites ſuum ducem magis, quam hoſtes timeant.

Si Mi-

Si milites ductori non obtemperant, nunquam de hostibus triumphabunt.

Inermes licet, armatos tamen inimicos æstimabis.

Quamquam ductor victoria excidat, nunquam tamen animo concidere debet.

Exercitus annona semper abundet; nam si annonæ caritas vexet milites, nihil ipsorum audacia, nihil ducis prudentia valet: si verò bellicis armis careat exercitus, qui nescit vinci; attamen vt plurimum cedere, vel terga vertere cogitur.

Cedere aliquando insequentibus hostibus laudabilius est, quam, vbi non speres victoriam pugnare. A

Vitandum illud prælium est, ex quo maius damnum, quam commodum percipitur.

Tempus fugæ cognoscere idem est, ac inimicum vincere.

Victoriam assequi nihil est, si victoria vti nescias.

Hęc Etheruscis characteribus notauit Aulus Quintius Senator Vulterranensis, & Augurum socius, dum esset Vulterranæ Ciuitatis Lucumon: Ego Orchus Maurus Augur latinis litteris transcripsi.

Illæsas serua Scripturas, quas primò reposui, leges sacras, & primas historias Vulterræ; nam primò repositæ tibi; leges amico; Vulterranæ Ciuitatis prima fundamenta, si fuerint incisa patri damnum comminantur: Si Augurum libri ferri ictum perpessi fuerint, & tibi, & amico, & patri mala portendunt: at si vnus vestrum abfuerit, non inuenientur; & inde peius aliquod eueniet. Hoc ex Asgharijs fulguribus cognoui. Carmen Tragicum pulcherrimum in partes reposui, quas tibi, & amico inueniendas prædico. Hæc ideò quia te, & amicum amo. B

XLIV.
Scarith
Die xxiij
Augusti.
MDCXXXV

Quæ Magister meus Esar omnium rerum prudentissimus infirmus dictauit, vt me his rebus ditaret, scripsi, & ea plurimum tibi commendans repono

Ego Prosperus.

C

Constitutio veri, & falsi, cognitorum, & incognitorũ constituunt omnes regulas.

Sensibus multa comprehenduntur, & percipiuntur, sed id fieri non potest absque assensione.

Omne animal appetit, quod natura ei accommodauit.

Affectus homini necessarij videntur.

Affectus ad virtutem hominibus à natura tribuuntur.

Affectus, animusque multa videre possunt, quæ nulla sunt.

Sensus vera videt; falsa non videt. Ex perceptione scientia.

Ex scientia virtus. Virtuti nihil deest.

Sidera nunquam temerè decurrunt.

Sidera deprimunt terrena sursum tendentia; atque ea, quæ non subeunt ad se trahunt.

Animalium spiritus aerem ad se trahit.

Aer vita hominis.

Nubes à vapore humido, & fumido e terra procreantur.

A Solis calore nubium densitas vertitur in pluuias.

Cœlum in sexdecim partes diuiditur.

A *Venti in totidem.*

Non omnes flatus sunt venti.

Venti à contrario stellarum cursu, & à mundi motu oriuntur.

Auguria siderum, omnium veriora, & certiora.

Post sidera fulmina.

Regulæ fulgurum rarò falsę.

Aues fallaces.

Quadrupedes varij.

Tripudia, & pullaria difficilia.

Extispicia difficillima.

B *Contra hæc omnia, it prudens.*

Imperantis potestas in virtute, & honore fundata sit.

Pręsides, aut Præfecti, qui populos subiectos contumelijs afficiunt, quamuis pœnas peccati non luant, nunquam infamiam effugient.

Magni honores sunt onera; quę oneratos opprimunt.

Nihil iucundius historia, & nihil ea vtilius; eius finis est veritas.

Tempus tacendi, & loquendi cognoscere sapientis est.

Ignotis prodesse laus magna.

C *Hanc epistalam tanti æstima, quanti valet; sicuti semper feci ego Prosperus.*

Herculanus Maurus Lini filius Antio Vesulio Fesulano amico salutem.

XLII.
Scarith Die xiij. Augusti. MDCXXXV

MOderati animi iram non solum vitiũ non esse, verum ipsius virtutis effectum, Policrate Licinio Arretino testante, nouimus. Policras ille Arretinorũ omniũ prudentissimus. Policras ille, qui Collegiũ nostrũ decorauit cum Magistri munere fungeretur: Policras ille, quem nunquã iratũ vidimus; vt ipse optimè nosti, cum eius auditores, vel potius discipuli essemus, pluries asseruit, ex causa irasci esse laudabile: quarè ne doleas, te iratũ esse; sed causam irarum

tibi

tibi à crudelissimis Romanis præbitam; nam, cum patrem tuum abstulerint, iusta est causa, cur eis irascaris; quod parentibus in nullo deesse debemus: & si Patriam defendimus, cur non etiam parentes? si eos, qui patriam nostram inuadunt, odijs, armisque persequimur; cur non saltem odijs eos, qui parentes nostros non inuasére solum, sed occiderunt, irati prosequemur? Si pro patria iustè arma sumimus, pro patre iniustè occiso, cur non iustè irascimur? Igitur si iustè irascimur, iusta ira virtus est, cum Iustitia sit virtus. Id ferè semper asserebat ipse Policras; quod causa fuit, vt libentius ego semper sim Romanis iratus: qui Aruntem Maurum, cum Thusci in Samnites pugnarent sine causa occiderunt: Hercules Maurus Lucio Furio Camillo iubente captiuus effectus capite iniustè truncatus: Ansur Maurus cum suis à Publio Valerio fuit trucidatus: item Sutrij Metius Maurus fuit ab ipsis occisus. Quid iuris esset Romanis cum Sutrinis latet neminem. Oscus, Aulus, & Linus Equites ad Lacum Vandimonis perempti fuère: iurè, an iniuria suscepissent in Thuscos hoc bellum Romani, Dij soli id norunt. Nuccius Maurus, & Aruns quod nollent sub Romanorum ditionem se redigere à Lucio Cornelio Scipione, & Gneo Fuluio Consulibus Romanis in frusta concisi fuère: idem postea accidit Ansuri, Metio, & Anco; sed longè iniustius Aulus Maurus occisus est, qui non solum aliquid contra Romanos non est aggressus, sed ipsorum intuitu è Vulterrano Senatu seditioni studentem plebem expellendam curauit; ipsa namque contra Romanos semper machinabatur. Iniustis, iniquisque modis ab ipsis obtruncatos silebo: nouit Antius à seruo Quinti Fuluij trucidatus: nouit Orchus, qui fuit in domo Appij Claudij veneno absumptus: nouit Pontifex Maximus Aruns; qui, cum domi suæ recepisset Prætorem Gneum Sergium, ipsius hospitis opera fuit, vt creditur, suffocatus. Sed (nè longius tam molesti sermonis seriem contexam; nam & te afficerem tœdio, & ego adeò in Romanos excandescerem, vt me consumerem) id solum inuitus recensebo; quod Hostilius iniustè iussit occídi Turrenum Senatorem: & Cornelius Consul sine vlla causa Oscum Martis Sacerdotem impiè mandauit capite plectendum; & eodem supplicio damnauit Elbium Præsidentem Senatus, Lucium, & Ennium Senatores, & proauum meum Herculanum. His, tantisq; iniurijs affecti, cur non iustè eis irascemur? cum ex causa irasci sit laudabile; & si sola virtus est laudabilis (vt aiebat idem Policras) iram ex iusta causam virtutem, vel virtutis effectum esse constat: verum cauere debemus, nè ratio, quæ est passionum nostrarum domina, supprimatur. Sed de his satis: iucundiora loquamur. Hoc plerumque mirari soleo, cum amicitiam nostram recogito, cur adeò firma sit, vt nullus, etiam pluries conatus, eam valuerit rescindere: at cum in mentem venerunt ea, quæ noster Policras disserere solebat, admiratio cessauit; ex eius etenim ore ferè semper hoc audiui; Animorum coniunctio est ab astris, & si

A

B

C

virtute coniungitur, non ſoluitur, quia virtus æterna eſt; niſi mors, vel potius ipſe motuum Motor diſſoluat: ſi verò vitijs fouetur, citò corruet; vitium enim nunquam permanebit: & licet id ſatis eſſet ad ſedandam admirationem, qua tenebar, libet tamen hæc addere, quæ ipſe aiebat, videlicet; Vna duorum aſtrorum ſocietas aduerſos nixus reddit inopes, ſi ex eadem virtute ortum habeant; &, licet homo ea diſiungere conetur, nihil efficiet; nam mors nec diſiunget, quos Cœlum, & ipſa virtus iungit; immò abſentia triſtior magis coniunget: cum verò aſtrum in alterum grauiſſimo crimine non ſemel, & iterum
A errauerit, quod difficilè, nam amicus amico donat errata, forſitan amicitiæ nodus diſſoluetur; quod veriſſimum eſſe, ipſi ſæpius comperimus; nam quot aduerſa ſubſtinuimus? quot calamitates perpeſſi? quot, & quorum iras experti ſumus? attamen nihil contra amicitiam à nobis erratum eſt; Plura de amicitijs ſolebat diſſerere; ſed hoc ſufficit modo; quod aduerſa omnia, vt obliuiſcar, effecit; & iram, quam in Romanos concepi, moderatur; nam amicum in aduerſis habere fidelem pluris eſt, quam nulla mala perpeti. Hoc ſi cogitaueris, idem in te efficiet, & Romanos non vt hoſtes; ſed vt iniuſtos hoſtes oderis. Præſertim te conſolari debes, cum amicum habeas, qui eiſdem aduerſitatibus detinetur. Scio qui ſis, & te prudentiſſimum cognoui; ideò epiſtolæ finem
B faciam. Vale, & me ama. Idibus ſexti menſis Vulterræ.

Ex LXX *Scarith Die iv. Decembr.* MDCXXXV.

Proſperus Archius Peruſinus Antio Feſulano S.

MAgiſtri noſtri Policratis Licinij deſiderium adeò me afflixit, vt totas tres noctes inſomnes duxerim. At quarta nocte cum mihi in mentem venit Policratis Cluſini, qui fuit matris meæ Pater, paululum quietis cepi, atque inter ſomnum, & vigiliam hęc carmina cecini, quibus Arretinum cum Cluſino conferrem. Igitur de Cluſino, cuius doctrina, dum viueret, omnibus ignota fuit; ſed eo mortuo, omnibus patuit; multa dixi. At cum Magiſtri memini, vix de eo tres verſus: nam, quæ virum dedecent, ſtatim ab oculis. Tu verſus lege, & Vale.

C De duobus Policratibus.

ASTrorum curſus, certantia ſydera nouit:
Fulgura, fulgores, velint quid fata Policras.
Quid valeant herbæ, poſſint quid verba Mineruæ.
Omnia, qui ſciuit, neſciuit ſcire Cluſinus.
Obſcurus iacuit viuus: ſed fama ſepultum
Extulit, atque Policratis tunc gloria ſurgit.
Aſt Arretinus nouit, qui ſcire Policras,
Et vixit clarus; cecidit, ſed clarior: atque
Corpus humo tegitur; viuet ſuper ætera nomen.

IASIVS

LXXIX.
Scarith
Die xj.
Decembr.
MDCXXXV

A



B

C

IASIVS.

CArmen Tragicum, quod Iasius dicitur, ob gratiam tui ex Ethrusca lingua in Latinam traduxi: & hoc est eius Argumentum. Primam, & secundam partem ipsius carminis traducti reposui inclusas in vno Scarith simile huic; tertiam, & quartam in alio; at quintam, quod maior sit, solam in alio Scarith. Carmen hoc tibi commendo. Commendo tibi te ipsum: caue tibi ab omnibus, de quibus in pluribus scripturis te moneo * * * * * *

Prosperus Fesulanus Augur.

In Iasium Argumentum à Prospero Fesulano ex Ethrusco in Latinum sermonem.

Iano Cambo duo filij fuère, Iasius, & Dàrdanus, Iasio primogenito post patrem Regnum obtigit, qui cum Celtos superasset, Almanam Lugdi eorum Regis filiam vi duxit Vxorem: hanc Ascus ex primis familiaribus Lugdi ardenter amabat: hic

A *Vulterram venit, & cum Dàrdano Iasij fratre amicitiam iniịt; atque eò breui peruenit amicitia, vt Dàrdanus id solum vellet, quod Ascus vellet: is rogatu Almanæ, cui soli cognitus erat (nam etiam Dàrdano amico se celauerat Ascus) eidem Dàrdano suasit, vt fratrem occideret, Regnumque occuparet. Audet facinus Dàrdanus; sed non respondit desiderio exitus: quarè se Fesulam recepit, & à Iasio defecit. Continet hoc carmen Tragicum primo Almanæ apud Enchiam nutricem in virum Iasium querelas. Enchia, vt heræ suæ gratificaretur, agit cum Asco de occidendo Iasio. Dàrdanus fingens se Vulterram venisse, vt cum fratre conueniret, & fædus iniret, agit cum Siceleo, qui ex Celtiberis Legatus aduenerat inter Iasium, & Dàrdanum mediator; fingit, se fœdus initurum appositis ijs conditionibus, quibus*

B *fratrem non assensurum Dàrdanus credebat. Iasius cum Crono queritur de fratre: coniugi detegit, se velle occidere Ascum: quod vbi secum doluisset Almana, Asco manifestat, & cum ea agit de inficiendo venenis Iasio coniuge. Siceleus à Rege Iasio veniam exorat Dàrdano: at dum Siceleus narrat Asco ea, quæ cum Rege egerat, eum in Regis caput machinari percipit: de hoc cum Crono loquitur: cum Dàrdano quæritur, quod ipse non stet promissis: tandem Dàrdanus rogatu Almanæ, ne facinus caderet, cum Iasio pacem, & amicitiam simulat. Cronus Asci, & Almanæ clam consilia inquirit, quæ illi Enchia declarat; Regi nunciat, Rex non credit; Enchiam vt mendacem, & Reginæ infidam mandat occidi. Rege ab Almana veneno occiso, Dàrdani crimen fit palam. Dàrdanus nè detegatur, &, vt se*


C *culpa liberet Almanam iussit interfici, & Ascum. Cronus à seruo comperit Dàrdanum criminis auctorem. Moriens Rex suos orat, vt suam mortem vlciscantur. Dàrdanus de fratris morte vehementer, se angi, simulat: at cum Cronus populum in Dàrdanum concitasset, fugit Dàrdanus: eius ædes desolatæ fuerunt.*

L.
Scarith
Die xjx. Septembr.
MDCXXXV

Hæc est carminis Tragici prima pars, reliquas quatuor etiam reponam. Postea verò reponam idem carmen à me in Latinam linguam traductum, quod te magis delectabit; & eo magis, quod in gratiam tui traduxi. Sed hoc tibi commendo.

Prosperus Fesulanus Augur.


A



B


C

A



B

C



A

B

C

HÆc ſunt prima monumenta, quæ hic obſeſſus tibi repono; plurima etiam reponam, quorum multa ipſe inuenies; multa alij pro te, te præſente; multa auro precioſior, abſis, adſis, pro te tamen inueniet; huius ego locum libens ſubirem. O ſi ego tibi magiſter: felicius viuerem; anguſtiæ quieſcerent. Huic, ſi non eſſem vir, inuiderem: ſed tamen ipſi gratulor: verum me tibi famulari non poſſe, graue mihi; nam etſi nihil aſſequerer, tibi præceptorem fuiſſe, iucundiſſimum mihi foret: ſed quod non poſſum præſens, te moneo naſciturum; & ſerò preuenio eum, qui à me præuentus, me preueniet.

X V. *Scarith Die vj. Iunij.* MDCXXXV

Parentes vincè ama: cum in aliquo offenderint reuerenter admone.
Patriam parentibus præfer.
Græci mendaces: hos fuge.
Romani superbi, & inuidi, ab his abstine.
Si quis tibi suspectus, fac à te longe absit.
Immundos fuge: mundus esto; nam Dij, qui id volunt tibi præstò érunt.

Hæc te vt pater filium; vt magister discipulum; vt amicus amicum moneo: nam ita olim ego. Libros, historias, monumenta, vaticinia, & alia quam plurima quęre aut in membranis, aut in chartis linteis, aut in plumbeis delineata. A *Si historiam Catilinę à me ab hinc triduò absolutam desideras; donec inueneris, nè desiste. Et Syllam reponam. Cum omnia reposuero, ponam & chartam, quæ omnia tibi indicabit, quæ erunt sepulta. Sed hæc omnia tibi, quæ si Romanis paterent, ipsi impares æmulatores omnia igni darent: sed dant tibi astra benigna, post multa sæcula nascituro; libenter accipe.*

Ego Prosperus Vesulius Fesulanus, Vulterranæ, & Fesulanæ Ciuitatis Ciuis in Vulterrano Augurum Collegio socius, & Scriba, arcis Scornelli Custos, in ea arce obsessus à Romanis, obsidionis mense tertio.

B

XIII. Scarith Die vj. Iunij. MDCXXXV

Eius est hæc imago, quem colo, obseruo, diligo, & vt parentes amo: Hic est Esar Magister meus: eum, vt par est, etiam defunctum venerabor plurimum: parentes vitam mihi; hic bene viuendi institutum; ipsis natalem, huic bonam vitam debeo; quarè hanc eius plumbeam imaginem semper mecum defero, deferamque moriens. Hanc tibi commendo.

Ego Prosperus Fesulanus Augur.

C



Si hæc

Si hæc, quæ hic repono, aliquid mali prænunciauerint, non te terreant; nam cauere tibi & alijs poteris prudens, quia prudentissimus Esar Magister meus id aiebat, de Augurijs differens. XLV. *Scarith Die xviij Septemb.* MDCXXXV

Contra hæc omnia it prudens; ideò esto cautus. Prosperus Fesulanus.

SI ex leua tonuerit, vel numero impari à..... felicitatem, & euentos prosperos augurabis venturos. Idem, experientia docuit, expectandum, si fulmina emissa ex ortu in ortum redierint.

Quod etiam futurum demonstratur, si in eundem locum vndè exoriuntur reuertantur. A

Si crebris flammis refulgebit Cœlum.

Si à sinistra ad dexteram effulgeant fulmina.

Si tempestas serena tonuerit, aut homines, vel sacra templa, aut etiam Reipublicę ędes... portendunt Reipublicę, aut exercitui exterminium, & cędes.

Si occasus tonuerit, vel Aquilonem transcurrendo in Occasum increpitet, vel ictus multiplices pari numero finiantur, euentus diros, infelicitates, calamitatesque portendunt.

Diurna fulmina feliciora nocturnis. Nocturna sæpè infausta.

Anticia fulmina Reipublicæ motus demonstrant.

Schilia Anticiorum fulminum annos significant. B

Cronciathia duplicia, alia cum Schesijs, alia sine Schesijs: cum Schesijs negocia optatum finem habebunt; sine Schesijs aliquid inopinatũ superueniet.

Procrauia alia publica, alia priuata: publica notantur in ædificatione ciuitatum, oppidorum, Templorum, arcium, & similium; quæ ad Aquilonem felicia, ad Austrum infausta. Priuata aut notantur in die natalis, aut in nuptijs, aut in ædificatione ædium: hæc etiam in Agricultura plurimum valent: quæ, si fuerint ab Aquilone ad Occasum, felicissima: si ab Occasu ad Meridiem infelicissima.

De fulminibus Monitorijs, Auxiliatorijs, Latentibus, Regalijs non datur regula, quia varia videntur; sed ab experientia regulam accipias. C

Fulgura quædam sunt Ocalia, quædam Dantelia, quædam Bentia, quædam Porachal.

Sciendum est Balth, quæ fulgura afferunt, annos indicare, Rebalth decennia, Crorebalth centenaria, Recrorebalth (quamuis rarissimè eueniant) milliaria.

Ocalia fulgura ab Oriente ad Septentrionem Reipublicæ felicitatem, imperij augumentum, ex hostibus victoriam denotant. A Septentrione ad medium exortum Reipublicæ status in melius mutationem præmonstrant.

Si verò notentur ad Meridiem seditiones, & ciuiles discordias augurabis.

Si à meridie ad Occasum, Reipublicæ aliquam perniciem, Ciuitatis obsidionem, & depopulationem futuram docent. Ab Ortu ad Meridiem pestem, & famem denotant. Ab Occasu ad Aquilonem totius Reipublicæ exitium, & deuastationem ostendunt. . . . . ab Aquilone ad Occasum, aliquam reædificationem, & restaurationem post ruinas prædocent.

Dantelia ab Austro ad Aquilonem imperij arrogationem, & maximas portendunt calamitates. Ab Ortu ad Occasum exilia, principatus, aut Magistratus amissionem, & mortem. A Septentrione ad Meridiem imperium duraturum ostendunt Ab Occidente ad Orientem omen futuri boni præbent.

A Bentia omnia, & in omnibus rebus sunt felicissima.

Porochal semper infausta.

Item in rebus priuatis supradicta obseruantur; sed quia sunt tam varia, & tam diuersa non datur regula.

Vosgharia locum denotat, ex quo hostes;

Asgharia, ex quo amici ad nos venient.

Postulatoria fulgura . . . . . sunt, & in sacrificijs obseruantur, quæ miserationem . . . . indicant.

Pestifera fulgura semper dira, & à Dijs iratis mittuntur.

B Auium aliæ Præpetes, aliæ . . . . . . Præpetes diuiduntur in Præpetes, & Infernicæ. Præpetum aliæ sinistræ, aliæ funebres. Sinistræ sinunt . . . . aliæ sunt funebræ, aliæ Remores, aliæ Onebræ, aliæ Enebræ, aliæ Murnes, aliæ . . . mares, aliæ ve- . . . . . .

Impeuiæ . . . . maximam denotant.

Remores remorant. Onebræ obstant. Enebræ impe- . . . . indicant.

Murnes claræ, & fa- . . . . atque desideratæ . . . . . . tam demonstrant.

Chamares præueniunt. Vesces felicem exitum negocij augurantur.

C Funebrium aliæ Arculæ, aliæ Cliuiæ. Arculæ arcent, & . . . . . tant. Cliuiæ infelicem finem habent. Arculæ aut sunt Luculæ, aut Vosgræ. Vosgræ se- vellentes maximum augurantur malum.

Luculæ omnia prohibent . . . . . . aliæ dicuntur . . . . aliæ Scituiæ . . . . sunt quando . . . aues felici . . . . . . niunt . . . . . viæ quando . . . . superueniunt feli . . . . . Ocines . . . am . . . diuiduntur . . . aliæ ve su . . Bailæ . . . . sunt cœlestium.

. . . . . es a . . . vocantur . . . . es aliæ minores . . . . diuiduntur in Vores, & in . . . . similiter diuiduntur in bonas, & malas.

Pecuniam . . . . . ad . . . . . opus . . . . . . venit hora, vt ar . . . . .

P. F. A. S. A. C.

Corui Vulte rram occupabunt. Hos gallus eijciet. O miserrima Ethruria vnus remanebit. O vtinam caueas, & eijcias.

Antius Vesulius.

III. *Scarith Die xxx. Decembr.* M.DC.XXX IV.


Ex Vulterra nobi s imperium, bellum, pax. Ad flumen Vulterrana monumenta, Ethruscorum veri th esauri. Hæc si Latinus inuenerit miser, si Romanus miserrimus, si Græcus felix, si Thuscus felicimus erit.

Hæc hodie cum Apollini deuouerem diuinitus accepi, cum à Romanis obsiderer in Arce Scornelli. Ego Prosperus.

IV. *Scarith Die xxx. Decembr.* M DC XXX IV.

Romanus Thus co, Thuscus Romano imperabit. Progredere ab hinc passus jx. inuenies pecuniam; a d passus xj. cornua Ceruina aurea; ad passus vij. commendo tibi charos meos Penat e s; quod si non inueneris quasi non tua relinque; aut si tua, non dum tua; cuius, & quando essent futura, non cognoui, quia caligauerunt oculi, aues fugerunt. Hæc monumenta tibi reposui; tibi fideliter serua ornamento futura; si non omnia inuen isti adhibe socium; omnia solus non inuenies. O vtinam tibi thesaurus! Desi derabi s librum, inuenies casu, quia preciosus. Prosperus Fesulanus.

V. *Scarith Die xxx. Decembr.* M.DC.XXX IV.




Ex VIII *Scarith Die v. Februarij* MDCXXXV

Farneta, quæ Romanis lucebit. Galliæ Togatæ decus. Vulterranorum Gloria. Segeptus Vesulius Aruspex.

Ex IX. *Scarith Die xv. Martij.* MDCXXXV

A



B

Ex XI. *Scarith Die xxij. Martij.* MDCXXXV

Eridanus fluet. In portu nauigabunt Nautę. Littus non tangent. Prudentiores naufragium facient.

Hirlogus Perusinus Collegij Vulterrani Præfectus Augurum.

XII. *Scarith Die ij. Aprilis.*

Ex proprijs virtutibus laudes mereri præclarum; laudari ab amicis præclarius est; sed ab inimicis præclarissimum: ideò ego hoc ex Romanis testimonium, Romanis litteris scriptum reponam.

Olim Vulterra Romam: olim Roma Vulterram.

Ego Prosperus.


C

Ego . . . . us Romanus dum in Vult . . . . Collegio artem addiscerem, hoc . . . . . um cepi vaticinium Prisco Romæ regnante. Arpinas Romam. Roma Arpinatem. Hoc Lartes Augurum Magist . . . . erum futurum probauit, qua . . . . . . di . . . . Romam orbis. Orbem . . . Ethruria florebit f . . . . Ethrusco . . .

Citò natum senex: nunquam senex: senescet iunior.

DRO-

ExX.
Scarith
Die xxij.
Martij.
MDCXXXV



A

B

C


In hac plumbea lamina pulcherrimum habes vaticinium post annos cIↄIↄccc. & amplius implendum; quod ne pereat .... am ego Prosperus; sed quia Ethrusca lingua peribit; nam id Romani pro viribus.. .eo litteris latinis, quæ tuis temporibus flor ... ...sic sonat. XIV. *Scarith Die vj. Iunij.* MDCXXXV

Bos vt Leo rugiet ...... leo comedet paleas, nec satu. . . . .

Neuius

Neuius . . . . . Magiſtri mei olim . . . gis . . . . itàvaticinatus . . . eruditiſſimum . . . . quam plurimi . . . . derelinquent . . : . abſorbe- . . . . uenios bene obſignatas, eas tibi commendo, vt Penates.

A



Ex XV. Scarith Die vj. Iunij. MDCXXXV

Ex paruulo fonte bibent Vrſus, Lupus, & Vulpes, nec abſorbent. Popilius Peruſinus, Collegij Vulterrani Præfectus.

XXI. Scarith Die vj. Iunij. MDCXXXV

Obſcurum Geſij vaticinium repono ego Proſperus: cum impletum fuerit, intelliges optimè. Collegij noſtri imminet ruina. Tu omnia, quæ inueneris, cuſtodi. Poſt labores quies.

Anno ab hinc cIↄ Iↄ cccij. Cuſtodes Ethruriæ filiam miſerrimam facient; Gallum caſtrabunt; &, niſi ferociſſimus Canis ſuperueniſſet, pulcherrimam feminam occidiſſent. Sed heu Vacca fugiet, errabit per Ethruriam, & luctu replebit: tunc Orbis lugebit vniuerſus propter occiſiones filiorum.

Ego Accer Geſius Ciuis Lucenſis, tertio poſt immaniſſimum Sillam anno, dum in Vulterrano Collegio Scribæ munus obirem, ſic vaticinatus ſcripſi.

XXII Scarith Die vj. Iunij. MDCXXXV

Hoc Magiſtri mei vaticinium nè ſpernito: hoc maximè doleo Ego Proſperus.

Lupus minabit oues; amabitur. O miſerrima ſecuritas! Tandem oues vorabit, niſi virga vigilauerit.

Ego Eſar in Vulterrano Collegio Magiſter, dum ocioſus iacerem, ità ſum vaticinatus.

XXVII. Scarith Die xx. Iunij. MDCXXXV

Harum ſcripturarum caue nè aliqua præcidatur, præſertim prima monumenta, quæ olim repoſui; & ea, quæ habent leges ſacras; tertiò caue, nè quis incìdat eas ſcripturas, quæ habent ædificationem Vulterræ: nam prima portendunt tibi aliquam inciſionem caſu futuram: ſi leges ſacræ incidantur, amico indicant moleſtiam non

leuem,

leuem, sed periculosam; id te etiam turbabit nimium, quod causam oderis: si patriæ tuæ primordia quis inciderit, patri mortem breui demonstrant; quarè diligenter inuigila: si quæuis alia offendantur monumenta, Ciuitati aliquod eueniet; sed sacræ legi timeo: caue igitur.

Hoc ego Prosperus Vesulius Fesulanus Augur.

Osni Arretini vaticinium, licet eius sensum, fatis obstantibus, non cognouerim, tamen repono: Plurima reposita quærite, nam si diligenter quæretis, omnia à vobis inuenienda cognoui; attamen omnia tibi, cuius intuitu reposui, inuenientur; omnia lætus accipe. Prosperus Fesulanus Custos Arcis Scornelli. A XXXIX. *Scarith Die xiij. Augusti.* MDCXXXV

A matre errabit agnus: in caulam reuersum lupus insidijs petet. Canis agnum tutabitur: Lupum, & leonem morsibus à caula arcebit. Aper impurus languentem morsibus canis penè vorabit leonẽ, qui quadrupedum ope adiutus, Aprum occìdet: impauidus effectus catulos opprimet. At canis iterum iratus, iterum Leonem dentibus premet. Quadrupedum regnum diuidetur. Solæ Vulpes dormient inlesæ. Maiorum bestiarum, minores, pœnas luent.

Osnus Paccius Arretinus Thuscorum Maximus Pontifex Vulterræ vaticinatus anno, quo vaticinia, ceremoniæ, & nonnulli Hebreorum libri præclarissimi Hebraicis litteris transcripti à Turno Mauro, qui ad hoc ad Hebreos legatus adijt, ad sanctissimum Augurum Collegium translati fuerunt. B

Horrendum hic repono Oraculum; ipsi, ad quos spectat, videant. Mendaci mentiendum iustitia iubet. Prosperus Fesulanus Augur. XLIX. *Scarith Die xviij Septemb.* MDCXXXV

Oculi mei mala audierunt; aures meæ pessima viderunt. Virgo seducta virum concupiscet: nubet: ante nuptias, vel in ipso viri congressu morietur; nec viri virilia experta in perpetuum somnum demergetur. Infelix! Decepta decepisti, decipieris amplius. Mendax promisisti, verax obserua.

P. P. N. P. P. C

Omnia reposui nihil superest. Penates meos sæpius commendaui tibi; nunc oro, vt saltem, quia mei sunt custodias, & honestissimo loco reponas. Aurea cornua si inueneris tibi nè arroges: at si inueneris pecuniam, ea vt voles vtere. Libros, & historias, & vaticinia, & monumenta tua futura ex astris cognoui. LII. *Scarith Die xx. Septemb.* MDCXXXV

Si canem aliquis ex tua familia siuè maior, siuè minor, siuè extraneus, siuè domesticus fuerit, odio prosequetur, aut odij signum dederit, graues pœnas dabit; & quò tibi coniunctius fuerit iunctus, eò grauiores. Si verò tu ipsum oderis ex agno leo factus, quam citissimè peribis. At si ipse canis te leonem insequetur, languescet, & non

viuet. Hoc caue, nam tua refert plurimum; familiæ tuæ multum interest.

Primum Scarith à me repositum, & illud, in quo habentur leges sacræ, & in quo sunt primordia Vulterræ, quod te sæpius monui, si incisionem patientur; mala, & calamitates portendunt, Cum hæc reposuero reponam chartam, quæ indicet tibi, quæ sunt reposita. At si tu non adsis, vel amicus pauca inuenientur. Si amicus alibi fuerit, cum se viæ accinget, vt veniat, tanquam præsens operabitur.

A *Prosperus Fesulanus Augur, & Arcis Custos.*

LIII. Scarith Die xx. Septemb. MDCXXXV

Tarcontis Farsij Fesulani matris meæ proaui vaticinium nè spernas; nam pauca verba multa, magna, & horrenda significant. Cauete igitur: caueant Vulterrani; caueant Thusci; caueant Itali.

Prosperus Augur.


Rugiet aqua. Bibet Leo, Pisces Leonem deuorabunt; nec os remanebit.

Tarcon Farsius Fesulanus vaticinatus est.

LXXIII Scarith Die v. Decembr. MDCXXXV

Prosperus Fesulanus reponit hic Ansuris Volumnij vaticinium, à quo non longè reposuit Magni Vandimonis orationem: sed ab hinc passus lxx. sacra cornua aurea: à cornibus passus vij. suos charos Penates: ab his passus xviij. pecuniam.

B



C

Ethrusco anno ciɔ ciɔ iɔcxxxiij. Ansur Volumnius vaticinatus est.

Ridebit lugens. Destruens ædificat; donec aqua Ethruriam absorbeat. Tunc Vulterræ iterum regnum.

Hoc Vaticinium obscurum non erit semper.

P. F. A.

LXXVII *Scarith Die v. Decembr.* MDCXXXV

Ardentem Leonem virgo deuorabit. Adusta mammas filios non lactabit. Pro lacte eis labores. Ex labore gloria.

Conus Cepis Perusinus Augur.

A

LXXV. *Scarith Die v. Decembr.* MDCXXXV

Qui dormit vigilat, sic furem propellit. O, si non dormiret, fur furaretur.

Prosperus Fesulanus vaticinatus est

Hoc meum Vaticinium considera.

Aruntis Flacci Vaticinium reponit Prosperus Augurum Socius, & scriba.

LXXXII. *Scarith Die xv. Decembr.* MDCXXXV

Aquilarum pullos enutriui: nati mei in me conspirauerunt. Alieni me honorabunt. Vos me inhonorastis, filij. Vos mihi odibiles, alienos amabo.

A. F. V. A. V.

B

LXXXIII. *Scarith Die xxx. Docembr.* MDCXXXV

Cornua aurea Dianæ sacra reposui, & vnà cum eis infrascripta omnia, quæ etiam ad Dianam pertinent.

Accerræ Thuriariæ xviij. aureæ; argenteæ iv.

Grossaria argentea iij. ænea vj.

Amulæ aureæ ij. vnà argentea.

Lustrica aurea iv. argentea vj.

Enclabria argentea x. ænea iij.

Aquiminaria argentea iij. vnum aureum.

xxx. Candelabra argentea; aurea xviij.

C

Secures jv. argenteæ.

Vrnulæ argenteæ ij. vna ænea.

Capedunculæ aureæ ij. quinque argenteæ.

Cyathi aurei xx. totidem simpula.

Hæc omnia quia sacra nè arroges tibi. Item ego Prosperus Fesulanus reposui vigintiduo millia Gorg Præfecti Salinarum.

Ex publico ærario huius castri tredecim millia Gorg, & iv. Sarch.

Ex mea pecunia, & aliorum vigintiquatuor millia Gorg, & vnum Sarch.

Orationem Vandimonis ad duos passus reposui; hanc, & Anulum meum tibi commendo. Caue nè incidantur scripturæ, de quibus sæpè te monui. Cum quæres orationem Vandimonis adsint tecum amicus, & pater; multa alia non inuenies, nisi tres adfueritis. Ea, quæ sæpius dixi, memento; at in primis nulli has scripturas concedas, nisi vt aliàs dixi, at nè permittas aliquem in illis partem habere. Caue. . . . . dedecus tibi . . . . . . conijcio, atque etiam causa, quarè tu, paterque tuus moriamini; id cum de te Auguria caperem, cognoui ab astro, quod Arthon dicitur, quod in defectu Lunæ Veneri iunctum penè erat.

A *Prosperus Augur.*

LXXXI.

Scarith *S C O R N E L L I.*

Die xjv. *P. F. A.*

Decembr. *Porcus in canem dentes acuet: canem ventus defendet: abiectus reuocabitur: grinniet sues sordidissima: prudentia canem tutabitur: nequitia porcum.*

MDCXXXV *Caue, Caue, Caue.*

Thesaurus non longe. Quære satis.

Prosperus Vesulius huius arcis custos anno post Catilinam.

XCI. *Chartam non possum habere, obsidione vrgente, quarè à tergo huius Vaticinij scribo. O*

Scarith *si hoc tempore viuerem, prosper Prosperus essem: Non spernenduu hoc vaticinium*

Die xvj. *tibi prædico.*

Iunij. *Arescente flore arrida virescet: Commendo tibi tua causa amicum tuum; inde patrem,*

M.DC.XXX *vtrisque debes vitam; alij bonam . . . priori magis qua me . . . .*

VI.

languescet flos.·:·ethruria
gaudebit floris corona.·:·
tunc pax ·:· orbis letabi
tur.·:· qui vltimus.·. sextus.·.
primus.·:·:·.curicus augur.

LXXXVII. *Hoc vaticinium, quod hic repono æstima plurimi. Non longè inuenies Romanæ Ciui-*

Scarith *tatis ædificationem. Quot beneficia Ethrusci Romanis præstiterint, ex ea cognosces.*

Die xxjx *Prosperus Fesulanus.*

Maij. Leuauit vocem Vultur à facie Locustæ. Locusta Leones vorabit. Lapides

M.DC.XXX horrore sudabunt.

VI. Caius Galeritus.

Quæ

Quæ hic Prosperus reponit, scripsit . . . . quarè commendat tibi: annulum . . .

Vultur, & Coluber simul iungentur: nascentur ex eis Turtures: quę vt Aquilæ volabunt; sed non attingent finem: expectabunt rorem; & non erit ros: nec pluuiæ eas saturabunt: verum Tirrenum mare gustabunt.

Occus Melicus.

CIX. *Scarith Die vij. Martij.* M.DC.XXXVII.

Partem Breuiarij Lucij Velij in hoc fictili Scarith habes.

A CVIII. *Scarith Die vj. Martij.* M.DC.XXXVII.

manos accendunt. Primi Veientes, & Tarquinienses pro Tarquinijs arma sumunt, Romanos incendijs, deprædationibus, & magnis cladibus afficiunt: verum postea ad sua se recipiunt. Sed cum Thusci omnes sub Ducatu Clusini Lucumonis pro Tarquinijs pugnarent, Romani fracti fugam arripiunt; Roma obsidetur; Ianiculum inuaditur: Thusci post diuturnam obsidionem acceptis obsidibus, &, quod Romani inuaserant, recuperato, cum Romanis conciliantur: in Aricinos arma conuertunt: ab Aricinis, Latinis, & Cumanis fugantur. Thusci discordant; ab eorum Concilio Laertes Porsenna, quia obsides omnes absque patrum consensu Romanis restituerat, Lucumonis munere priuatur. Cumani de Vulturnensibus victoriam consequuntur, Campaniam omnem occupant: quarè Thusci exercitum cogunt; mittunt in Campaniā, pugnant cum Cumanis; superantur; ab Apulis, Daunis, Brutijs, & Vmbris auxilium implorant: Cumani fracti fugantur, obsidentur, & post duos annos obsidionis Aristodemi opera non modò liberantur; sed de obsessoribus reportant victoriam: ipsi autem ab ipso conciue Aristodemo libertate priuantur. Senones Galli discordant cum Rhætijs; iunguntur Allobrogibus, Cotticis, Vocontijs, Elucontibus, Anacialibus, Deciacijs, Sentijs, & Trucastinis, & Rhætios, Vindelicos, & Noricos debellant; in Insubres excurrunt, agros deuastant, expugnant oppida, plures continuos annos cum Thuscis dimicant, tres Thuscorum exercitus profligant, fugant colonos, quorum loca occupant: Coloni ad Euganeos, & ad Montes Adulacos se recipiunt. Romani hoc tempore iterum Sabinos, Aricinos, & Latinos fugant; ab eis Regillum, Cora, Crustumina, Præneste sunt occupata; Signa aucta; iterum cum Volscis, Latinis, Æquisque pugnatum est; Suessa, & Velitra, quò deducunt Colonias, & Coriolum populata: ipsi verò defectione Cnei Martij afflicti sunt: hic Volscorum auxilio Satrico, Longula, Pollustia, Coriolo, Lauinio, Corbione, Velitra, Trebiaque potitur; Tolerinum, Bolam, Labicum, Pedum, & Bouillam diripit; & Romanos deterret; cum quibus tandem conciliatur. Romani cum Volscis, Hernicis, & Æquis sæpè congrediuntur: à Thuscis hortatu Veientum affliguntur, Ianiculum amittunt; in Vrbe Roma obsidentur; maximis cla-

Hoc Ital. Breuiarij fragmentum reponendū est supra pag. 147. quod, cum reliqua ibi imprimerētur, nondū repertū fuisset.

C

dibus

dibus afficiuntur; multi desiderantur: Thusci verò cæptum bellum relinquere propter dissidia compelluntur. Veientes à Romanis fusi, deprædati, & profligati sunt; ab alijs Thuscis petunt opem; quam eis negant; quia ipsi contra leges Thuscorum & bellum mouerant, & Regem creauerant. Pugnatur inter Volscos, Æquos, & Romanos. Thusci de Corsis habent victoriam; Corsicam recuperant; victores in Romanos bellum renouant. A Romanis Latinorum, atque Hernicorum auxilio fusi sunt. Galli Thuscis sæpius superiores Thuscos cladibus afficiunt; eorumque Colonias omnes præter Mantuam in-
A uadunt. Inter se pugnant Crotoniates, & Sybariates; ex vtraque parte multi cadunt: cruenta, & crudelissima bella sequuntur; vincunt tamen Crotoniates: maximam, pulchram, & fortem vrbem Sybarim diruunt; omnes ciues trucidant; ipsi paulo post à Rheginis ad Sacrum fluuium sic superantur, vt Croto penè desolaretur, & absque habitatoribus remaneret. Galli de Thuscis pluries victores, eorum Ciuitates euertunt, præsertim Spinam, & Melpum: attamen Thusci quadriennio post debellant Phocenses; illosque è Corsica eijciunt: Post maximos sumptus, laboresque, & certamina recuperant Campaniam, licet ob Cumanorum dirum imperium vastatam, desolatam, & incultam: Cuma tum etiam populata est. Galli Mediolanum diruunt, & xiv. Vr-
B bes Thuscorum deuastant, & nonnulla parua oppida augent. Sequitur cruentissimum inter Romanos, & Veientes bellum: Veiæ vrbs illa magna post x. annos obsidionis cum magno Thuscorum detrimento à Romanis expugnatur, depopulatur, deuastatur: etiam Fidena, Falisca, & Phalerium oppugnantur: & Bolsinenses, & Vulsinij à Romanis superantur: quarè Thusci in hostes Romanos bellum parant. Cumani tertiò à Thuscis deficiunt, in quos cum Achæis fœdus pepigunt. Samnites Romanorum auxilio arma mouent in Thuscos; in Campania pluries confligunt; cum Cumanis iunguntur; profligant, ac vincunt Thuscos; Campaniam occupant, Vulturnum obsident; post biennium cum Thuscis feriunt fœdus; Vulturnum admittuntur; Thuscos decipiunt; eosque è Campania expellunt. Romani, Siculi, Galli, Græci, ciuiles
C seditiones, & annonæ caritas in Thuscos coniurant. Galli Apenninos transgressi Thuscos discordes fundunt, & eorum agros deuastant. Thuscorum pars Romanis adhæret. Romani Thuscis præstant opem, & feros Gallos in se prouocant; à quibus vincuntur; Roma oppugnatur, expugnatur, deprædatur; attamen ab ipsis victis Romanis expelluntur. Sequitur bellum Sutrinum: Thusci post plura certamina à Sutrio, quod ipsi receperant, à Romanis expelluntur. Dionisius Siciliæ Rex regionem olim Brutiorum adquirit, agros deprædatur; Ciuitates euertit, & in primis Cauloniam, & Hipponium; Rheginos perdit; quos omnes in seruitutem redigit. Locrenses ob continua prælia cum Phocensibus penè deficiunt, & vterque populus sub ditionem Siracusani Re-

gis venit. Ipyges, & Tarentini post multa certamina nulli victores, sed omnes victi fuere. Thusci Cumanos vincunt, fugant, & Cumam aggrediuntur: Cumani Thuscis se dedunt, sed paulopost ab ipsis deficiunt. Thusci coloniam recipere curant, eaque denuò post diuturnam obsidionem potiti, depopulantur, & primores ciues trucidant. Græci, qui Italiam incolebant fœdus ineunt in Dionisium Siracusanum; sæpissimè cum Siculis pugnant: Græci sunt inferiores, quorum plerosque Dionisius suo imperio subijcit. Deuictis Græcanis in Thuscos arma mouet: quibus non modo Corsicam ademit, atque eorum maritima deuastauit; sed etiam deprædatur Templa, sacra, supellectilia furatur; multos captiuos efficit; nonnulla oppida diruit; plures arces in littore Thuscorũ construit; & præda onustus in Siciliam redit. Huic iunior Dionisius succedit: hic seniore dirior maximis in commodis Thuscos, & Lucanos afficit; indè Apulos, in quibus oppida, & arces condit: in Senones conuersus Adriaticum pelagum nauigat; cum Parijs iungitur; Gallos profligat, Lissam in littore maris ædificat: ideò Thusci Gallorum timore liberati Campaniam, quam Samnites occupauerant iterum adipisci tentant: post multas clades Vulturnũ recuperant: sed citò amittunt; nam post firmatam pacem à Samnitibus trucidantur. Tum Vulturnum Capua vocatur: Thusci tamen in Campaniam nouos milites mittunt: sæpissimè pugnatur: à Samnitibus, Cumanis, & Romanis Thusci penitus profligantur: sed bellum cum Romanis nunquam intermittunt. Id temporis Ancona à Siracusanis impij Dionisij imperium fugientibus condita est. Dionisius à Siracusanis expulsus Locrum in Italiam se recipit; inde post sex annos ob suas immanitates, & scelera eiectus Siracusã redit, ex qua Vrbe paulopost fugam arripere coactus est. Lucani inter se discordant, & ab exulibus, & proprijs seruis vincuntur, qui Terinam, Arponium, & Thurium expugnant, & loca omnia olim Brutiorum occupant; quarè ipsi etiam Brutij dicti sunt. Romani superant Tiburtinos, Hernicos, & Gallos. Galli cum Samnitibus in Romanos coniurant. Thusci, & in primis Tarquinienses exercitum Romanum concídunt; à Romanis tamen reijciuntur, & Tarquinium captum est. Volsci profligati; eorum Ciuitates dirutæ sunt; inter quas Satricenses partim in seruitutem rediguntur, partim trucidantur. Sed Æqui penitus debellati sunt: Romani namque XLVIIJ. oppida expugnata diruunt, & incendunt, precipuè vrbem magnam Larinam; populos Cominos, Tadiates, Aceicos, & Alfernates disperdunt. Sidicini deuictis Aruncinis Aruncam demoliuntur. Sequitur dirissimum, & cruentissimum prælium inter Lucanos, & Locrenses, cum illis Samnites adhærerent: his auxiliarentur Brutij. Inde Metapontini cum Samnitibus pugnantes profligantur; Metapontum incenditur. Tunc Lucani, Brutij, & Samnites fœdus ineunt in Græcanos colonos; hoc est Achęos, Arcades, Ætolos, Pelasgos, & Lacedemones, quos è Magna Græcia expellunt,

A

B

C

lunt, eosq; cogunt ad montes fugere. Archidamus Lacedemonum Regis filius, Cleonymus, Agathocles, & Alexander Molossorum, vel Epirotarum Rex ad opem præstandam Græcanis Italiam petunt; cum Lucanis, & socijs confligunt, & profligant; Pandosiam, & Thebam in Lucania diruunt. Thusci interim iterum à Romanis funduntur: indè à Gallis Boijs profligantur; qui occupata Felsinia, eaque Bononia vocata, superatis montibus Thusciam inuadunt, & agros incendunt; hos Thusci eijciunt. Subueniunt Senones, qui etiam vltra Apenninum expelluntur. Hoc tempore Græcani à Lucanis, & Socijs debellantur, A fugantur, ex Italia eijciuntur. Ætholorum qui remanserant alij trucidantur; alij in Græciam ad Ætoliam vndè originem duxerant reuertuntur. Lucani victores in Thuscos vertunt arma, à quibus Ligurum auxilio repelluntur. Galli magnis incommodis afficiunt Henetos, & Histros; Thuscos, & Vmbros excursionibus, & populationibus vexant; Senam, & Sarsiasam ædificant. Campani à Samnitibus deficiunt, & confligunt; tandem inferiores se Romanis dedunt; à quibus defenduntur: sed vnà cum Latinis etiam à Romanis deficientes superantur; & iniquis conditionibus victoribus se dedere compelluntur. Romani in Ausonios bella mouent; eos deuincunt; Cales coloniam deducunt: Fregella etiam à Romanis Colonia facta est: Palæpolitanos fugant, obsident, in deditionem recipiunt. Priuernates post defectionem ab eisdem Romanis sub iugo ponuntur. Lucani Heracleam Tarentinis adimunt. Tarentini Alexandrum Re- B gem in Italiam reuocant; qui Lucanos, & Brutios vicit. His Samnites opem præstant. Lucani cum Samnitibus discordant, atque in eos Romanos irritant: Romani Samnitibus bellum indicunt. At Alexander post multas clades Lucanis illatas, & Heracleam, Consentiam, Sipontum, & Ace..... expugnatas interfectus est. Apuli cum Romanis, & Lucanis fœdus ineunt in Samnites; quos adiuuant Tarentini. Samnites Palæpolitanos vexant; quarè Romani in Samnium cum exercitu progressi capiunt Alifem, Ruffrium, & Caliphem. Lucani verò videntes, quod si ipsi etiã Samnites affligerent, Romani post Samniũ Lucaniam occupabunt, Samnitibus adhærent: idem Vestini faciunt. Exercitus C Romanus Vestinorum agros vastat; & Cutinam, & Cingulam occupat. In Samnio pluries pugnatur; vincuntur Samnites; victi deficiunt, deficientiũ ager depopulatur, & incẽditur. Item euenit Apulis, qui ruperant fœdus cum Romanis. Samnites à finitimis populis adiuti disperdunt Romanos, quos sub iugo ponunt; obsides ioc dare compellunt; sed ipsi paulo post deuicti sunt; obsides reddere coguntur; Luceriam amittunt. Satrica à Romanis recepta est. Polista à Samnitibus occupata. Romani apud Soram profligati: Indè Soram recuperant, & fugant Samnites, eosque deijciunt. Luceria colonis Romanis conceditur. Thusci societatem cum Hebreis renouant. Theumansi, Causinique, et cæteri Apuli, et Tarentini Romanis se subijciunt. Romani iniustè

in Au-

in Ausones pugnant, et ausonam, Minturnum, et Vestinam occupant. Thusci vltra Apenninum Gallos repellunt; in Sutrinos arma mouent; Sutrium expugnant; eijciuntur,& fugantur à Romanis;cum quibus sæpè congrediuntur; modò vincunt, modò vincuntur; tandem Romani victoriam consequuntur; Ciminam siluam traijciunt;Perusinos,Arretinos, Cærites, & reliquos orientales Thuscos inducias petere cogunt; Thuscorum agros deprædantur,& deuastant; postea cum omnibus Thusci ad Lacum Vandimonis præliantur: plerique ex vtraque parte desiderantur, attamen vincunt Romani; & Thusciam mediterraneam sibi subijciunt. Tunc Lucumones in Thusciam finem habent. A
Vmbri, Æqui, Marsi,& Peligni cum Romanis confligunt:vincuntur Vmbri; et Samnites post multa prælia superantur,& castigantur. Æquorum pleriq.interficiuntur; oppidis demolitis,& incensis Æquorum nomen penè delectum est. Alba Æquorum, & Sora coloniȩ Romanæ fiunt.Marruccini, Peligni,& Frentani veniam pacemque postulant. Cleonymus Lacedemonius Græcorum dux cum ingenti exercitu denuo in Italiam in Salentinos applicat; Salentinorũ vrbem Thuriam oppugnat; agrum omnem deuastat: in eum Romanus exercitus properat: ipse verò præda onustus fugit;superum mare in Henetos nauigat;sed ab Henetis eijcitur,et eius classis dissipatur. Marsi subijciuntur Romanis, qui Melionam,& Plistriam,Fresiliamq. populantur. Thusci cum Romanis confligunt, eos superant; sed dissensionibus Optimatum plebis vexantur; quarè à B
Romanis fusi. Thusci maritimi in biennium habent inducias. Vmbri etiam superati sunt:Nequinum à romanis oppugnatum,obsessum,post biennium captum, Romanorum colonia cõstitutum, Narnia vocatum est. Galli in Thusciã profecti Thuscos deterrent;timor Gallorum Thusciæ discordias,& seditiones pacat: Galli,& Thusci in Romanos fœdus pepigunt. sed Galli pactum non seruant: agri Thuscorum à romanis deprædantur: Vulterrani affliguntur: propè Vulterram confligatur. Thusci penè consecuta victoria, ob consuetas dissensiones in vrbem se recipiunt;castra hostibus relinquunt:qui agros omnes depopulantur. Samnites,& Lucani inter se pugnant: Lucani à romanis auxilium petunt. Samnites ab Apulis: romani vtrosque superant: Bouianum Aufidenam, C
& Cimetram à Samnitibus adimunt; ab Apulis Beneuentum Apuli deiecti veniam implorant. Samnites è Samnio fugati in Thusciam confugiunt. Thusci, Samnites, Vmbri, et Galli in romanos coniurant; plures romanos exercitus disperdunt;sæpè vincunt:romani sociorum auxilium conuocant; et Thuscos, et Samnites profligant; Vulsinium, et russellas occupant; Clusinis, Perusinis, et Cortonensibus ignoscunt Samnitum alij Campaniam depopulantur; qui à Romanis concisi sunt: Samnium occupatum, et oppida demolita: alij è Thuscia per Pelignos iter habentes ab ipsis Pelignis fracti, fusique sunt. Thusci maritimi, siuè Occidentales, siuè Tirreni Ligurum, Gallorum, & Vm-

brorum auxilijs fe contra Romanos communiunt;pluries præliantur; nec vin-
cunt, nec vincuntur. Perufini, qui à Romanis defcifcunt citò defectionis pœ-
nas luunt; veruntamen Occidentales Thufci Occidentalibus adhærent. Fali-
fci primi arma fumentes in Romanos deijciuntur; xiij. oppida Thufcorum in-
cenduntur. Samnites, qui fuperfuerant vincuntur; & tamen Thufcis iungun-
tur. Thufci fugant Romanos, agrumque eorum vaftant: fed dira peftis, quę
Italiam vexat, eos cum Romanis conciliare, & Thufcas Colonias vfq; Senam
ipfis concedere cogit. Vulfinenfes, & Arretini ciuilibus feditionibus angun-
A tur; & iniuftè, & fine caufa à Romanis depopulationibus vexantur: Romani
cum Tirrenis conciliantur. Tirreni prœliantur cum Lucanis, quos Romano-
rum ope vincunt: fed victoriam pro Romanis confequuntur: ipfi enim Luca-
norum agros, prędas, & oppida inuadunt: indè rebelles Samnites penitus pro-
fligant, & domant. Tirreni fe Romanorum hoftes profitentur; Romanis bel-
lum indicunt; eos propè Senam fugant; ipfi victoria gaudentes apud Arnum
profligantur, & plerique trucidantur. Fefulenfes, Pifenfes, & Thufcinates
hoftibus fe dedunt: Populonia expugnatur. Soli Vulterrani Romanos maxi-
mis cladibus affligunt: induciæ pactæ funt: Romani dolo ad vrbem accedunt;
fuburbia oppugnant, occupant, vaftant, deprædantur, atque incendunt; per
proditionem Vrbe, & Thufcia tota præter Lunam potiuntur. Vulterrani,
Arretini, & Fefulenfes inter ciues Romanos numerantur; eifque proprijs le-
B gibus vti conceffum. Claffis Romana à Tarentinis quaffatur; ductor interficitur;
Legati à Senatu Romano Tarentum ad querendum de iniuria, & damno miffi
eiecti funt: bellum indicitur: Tarentini Pirrum Epiri Regem contra Romanos
in Italiam vocant. Thufci cum Lucanis bellum gerunt; ipfofq; fugant; à Roma-
nis defcifcunt; cum quibus ad Cecinnā flumen dimicant, & fuperantur. Vulter-
ra deprædata eft; multi ex patritijs interfecti. Romani in Tarentinos exercitum
cogunt; qui primò à Brutijs aggreffus eft. Brutij profligati Romanorum præfi-
dium Rhegij recipere coacti funt. Campani milites illuc in præfidium miffi ci-
C ues concidunt, & Rhegium occupant. Pirrus, & Tarentini pugnant cum * * *

Multa repofui tibi ego Profperus huius Arcis Cuftos, nè pereant.

CVI. *Scarith Die iij. Martij.* M.DC.XXXVII.

Romanis: Lucani, & Samnites Tarentinis fauent. Pirrus victor Romanos fugat;
Romanorum agros deuaftat; indè per Legatos pacem, & amicitiam à populo
Romano petit; quę negantur: cum nec pacem, nec victoriam confequi poffet ex
Italia in Siciliā, vt eam Infulam acquireret, progreditur. Tirreni Vulterranis du-
cibus à Romanis deficiunt; cum Gallis foedus pepigunt; cum Romanis congre-
diuntur; Romanū exercitū profligant; milites ccIↃↃIↃↃↃ. interficiunt: tum Thu-
fcia omnis à Romanis defcifcit: Samnites Thufcis iungūtur: Romani Thufcos, &
Samnites domant; Thufciā Mediterraneam recuperant. In Gallos Senones arma
conuertunt; eos tantis cladibus afficiunt, vt Senonum nomen in Italia delerent.

Sena Gallorum Colonia Romanorum constituitur; postea debellant Vmbros: multa eorum oppida demoliuntur: sæpè præliantur cum Brutijs, Lucanis, & Apulis: ex vtraque parte quamplurimi desiderantur; attamen Romani superiores Lucania potiuntur; Possidoniam, & Consam colonias deducunt. Italia omnis à dirissima pestilentia angitur. Pirrus pugnat cum Carthaginensibus: inde cum Mamertinis; multis incommodis maritimos Thuscos afficit: in Italiam redit; cum plerisq. Italorum fœdus init; pluries cum Romanis cõfligit; modò vincit, modò vincitur; demum fugatur, atque ex Italia eijcitur. Samnites, Brutij, & Lucani denuò Romanorum imperio subijciuntur. Siciliæ partem Romani inuadunt. Tarentini deditionem faciunt, eisque pax conceditur: Rhegij arce obsessa, & expugnata, Campani milites capite plectuntur. Motus terræ Thuscos affligit; Thuscinatum magno Thuscorum detrimento à mare absortum est: Vulterrani Vadam ædificare incipiunt, & Labronem augent. Romani Picenos subijciunt; ad Arimanum, & Beneuentum Romanos colonos mittunt; iterum profligant Thuscos; omnia Vulterranorum suburbia vastant, & diruunt: Vulterram sociorum auxilio obsident, & post biennium recipiunt; plerosque ciues trucidant; maximis prædis potiti sunt. Romani discordant an Vulterra colonia fieri debeat: Senatus municipalem Vrbem declarat, & ob illius Ciuitatis dignitatem, Vulterranis, nè Romanis legibus, sed solummodo antiquis Ethruscorum pareant, permittit. Vulsinij verò absque causa omnes in seruitutem redacti sunt; & Vulsinium dirutum. A Romanis Vmbri, & Volsci penitus domantur. Mamertinis contra Hieronem Siracusanorum Regem, & contra Carthaginenses auxilium præstatur: cum Pœnis pugnatur: Pœni dolo Romanos deuincunt; ipsi verò paulo post vincuntur, & eorum classis disperditur. In Sardinia Romani, Thusci, Vmbri, & Latini cum Corsis, Sardis, & cum Hannone duce Pœnorum bellum gerunt; hostes superant, & Insulas occupant; alteram Carthaginensium classem quassant; traijciunt in Africam; profligant, & vincunt Pœnos; sed ipsi ab immani serpente penè deijciuntur. Lacedemones Carthaginensibus succurrunt, & simul Italicum exercitum disperdunt: Italorum ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ concidunt, & ccIↃↃ ccIↃↃ. in seruitutem redigunt: Italica classis naufragatur: Itali tamen maioribus copijs contra Pœnos profecti eos vincunt. Cæcilio Duci triumphum conceditur. Pœni iterum cum Italis committunt Publius Claudius Imperator, quia religionem contempserit superatur, & Itali fugantur: sed Carthaginenses ad insulas Ægatas ità domantur, & vincuntur, vt pacem postulare sint coacti: & sic Carthaginensi bello finis imponitur. Falisci, qui à Romanis desciuerant, inuiti compelluntur ad deditionem. Spoletum Fregella, & Brundusium à Romanis coloniæ deducuntur. Bellum cum Liguribus geritur; Ligures namque à Sardis, & Corsis, qui iterum ab Italicis defecerant, adiuti Romanos vexa-

bant: Sardi,& Corsi puniuntur: Ligures profligantur. Galli Liguribus adhęrent, & fundunt,& fugant Romanos. Italici cum Illiricis bellant: Illirici deuicti sunt; verum Galli traiectis montibus, quamplurima damna Thuscis intulère; Fesulensium, & Vulterranorum agros vastauère; Senam depopulati plerosq. colonos trucidauère; Clusium expugnauère; & Romam versus progressi sunt. Romani cæteriq. Italici plures exercitus cogunt; confligunt, profligant Gallos; quos & vltra montes reijciunt; & Padum transigentes ıↄↄↄ. hostium concídunt; multa eorum oppida inuadunt; Insubres debellant, in quos Colonias
A mittunt: Pacantiam, & Cormonam, quas Galli penè diruerant, restaurant: sed Galli nouas copias parant; fugant Romanos; à quibus postea Imperatore Caio Flaminio; ipsi profligantur; profligati iterum Romanos superant: sed à Romanis, & Thuscis funduntur, & in siluas fugere compelluntur. Romani deuictis Gallis Histros,& Illyrides subdunt. Pœni fœdus dirimunt, Iberum transeunt; Saguntinos Romanorum socios superant; Saguntum obsident, oppugnant, expugnant; Ciues interficiunt; Romanos legatos aspernantur; indè Pireneos ttaijciunt, Gallos profligant, atque Italiam petunt. Itali Romanis ducibus exercitum in Hispaniam, in Carthaginenses mittunt: iterum Gallos Cispadanos, & Transpadanos disperdunt; & cum Pœnis ad Ticinum amnem cõgressi superantur; indè à victoribus propè flumen Trebiã profligãtur: ccıↄↄ ccıↄↄ cıↄ. interficiuntur. Sed in Hispanis Italicus exercitus Carthaginensem fugat;& ipsum ductorem Magonem captiuũ efficit. Annibal alter Pœnorum du-
B ctor ad Trebiam victor Apenninum superat, regionem deuastat, & incendit, præcipuè Thuscos affligit, Fesulensium,& Vulterranorum agros deprædatur, ad Lacum Transimenum cum Italicis confligit, milites ccıↄↄ ccıↄↄ ıↄↄ cıↄ cıↄ cıↄ occídit, quamplurimos captiuos efficit, Cortonam expugnat, Vmbrorum agros depopulatur, Spoletum aggreditur, populationibus, & incendijs Marsos, Picentes, & Pelignos vexat, in Campaniam progreditur, inter Casilinum, & Montem Calliculam consedit; Calliculę cacumen dolo occupat; Latinorum, & Thuscorum agmina ad Cartalum deijcit; omnia crudeliter va-
C stat; præliatur cum Italis ad Cannes, vbi ccıↄↄ ccıↄↄ ccıↄↄ ccıↄↄ ıↄↄ Italorum cæsi sunt. Afflictos Italos Hispaniarum victoria paululum subleuauit. Campani à Romanis ad Annibalem deficiunt: Annibal Nolam obsidet; & indè discedere coactus Capuæ recipitur, & post diuturnam obsidionem Casilinũ acquirit. Galli Pœnis adhærent, & Italos vexant. In Hispania Itali de Pœnis habent victoriam, & regionem occupant. Annibal cum Rege Macedonum Philippo foedus inijt; at ab Italis apud Nolam profligatus est. Campani à Thuscorum agminibus castigantur. Classis Tirrena in Sardiniam transfretauit, Sardos, Poenosque debellauit, & tres Carthaginenses exercitus fudit. Adriatica classis in Macedones nauigat. Apuli, & Lucani à Romanis ad Annibalem

desci-

descifcunt: sed ipsi, & Poeni ad Beneuentum profligantur, & debellantur; nam in eo conflictu ccIↃↃ ccIↃↃ cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ. Poenorum cæcidère. Hieronymus, qui Hieroni Romanorum amico in Siracusano Regno successerat, Carthaginensibus fauet; & ob nimiam immanitatem à Siculis occiditur: Itali in Siciliam traijciunt, Leontium expugnant, & Siracusam obsident. Adriatici maris classis in Macedones progressa Oricum oppugnat; atque hostes ad Appoloniam fugat, & vincit. Celtiberi in Hispania Italicos contra Poenos adiuuant. Annibal in Italia Tarentum acquirit, sed non arcem; tribus prælijs tres hostium exercitus profligat; vt Capuanis succurreret, qui à Romanis obsidebãtur, progreditur, & repellitur; ipsam Romam aggreditur, & reijcitur; in Campaniam redit; indè in Brutios Rhegium contendit. Capua capta est; Capuani Senatores capite damnantur. In Siculis Siracusa expugnatur; postea Argenium, & insula recuperatur. Poeni in Hispania magnis cladibus Italicos afficiunt; eam regionem penè acquirunt: Regionis partem Martius dux defendit; verum Publius Cornelius Scipio cum Thuscorum classe illuc nauigans non modò Hispaniam, quam Italici amiserant, recuperat: sed nouæ Carthaginis potitus Asdrubalem Poenorum ducem apud Betulam vicit. Vbi primum è Sicilia discessit Romanus exercitus Numidę insulæ partem occupant, & citò eiecti sunt. Ætoli Macedonum hostes se declarant, & in eos cum Romanis foedus firmant Italica classis Zacintum, Oleniam, & Naxum Acarnanũm vrbes pro Ætolis recuperat. Vulterrani à Romanis deficiunt; eo quod Romani promiserint eis reddere Capuã, & non reddiderint: verum à mare à Tito Cętacilio cum classe vexati; ab ortu à Caio Calphurnio cum legionibus profligati; in Vrbe à plebis seditione agitati, cum Poeni promissa auxilia non præstarent deditionem faciunt. Romani Vulterræ primores castigant; arcem ad Labronis portum ædificant. Tarquinienses, qui Vulterranis opem præstiterant, à Romanis fracti sunt; ciues omnes dedere nolentes occisi; etiam Cæritũ Ciuitas deuastatur, plerique Cæritum captiui; præda omnis Romam translata est. Attalus Asię Rex Ætolorum socius ab Italicis in amicitiam recipitur. Salapij Romanis se dedunt. Italiæ populi partim Poenis, partim Romanis fauent. Annibal, qui in Brutijs erat, apud Herdoneam Romanorum exercitum aggressus fudit. Thusci Arretinis ducibus à Romanis deficiunt: Romanos exercitus ex Apulis in Thusciam progressus eam oram depopulatur, & Thuscos sub Romanorum ditionem redigit. Arretini, & Vulterrani obsides dare, præsidiumque in Ciuitate recipere coguntur. Poeni, & Romani exercitus in Lucanis dimicant; indè in Apulia ter confligunt: Poeni duorum certaminum superiores franguntur tertiò: Romani Tarentum recuperant; obsident Locrum: Imperatores Romani per insidias à Carthaginensibus capiuntur; Annibal denuò in Lucania superatur; Venusiam se recepit; indè eiectus Metapontum confugit;

git; ibi Hannoni coniunctus Venusiam redit. Asdrubal Barchinus Carthaginensis cum nouo exercitu Alpes transgreditur; sed dum curat se iungere Annibali, apud fluuium Metaurum cum suis interfectus est. Annibal in vltimos fines Brutiorum se recipit; vbi cum Romanis pluries decertat; & continuis incursionibus, & incendijs Ipygios deuastat; ibi xiij. Ciuitates diruit; Apuliam omnem peruastat. Lucani, & Brutij propter prælia, & excursiones tàm Romanorum, quàm Carthaginensium penè consumpti sunt; & præcipuè Tamesani, Crotonenses, & Terinenses. Interim in Græcia Acarnanes, & cæteri
A Achæi ab Ætolis, à Machanis, à Rege Lacedemonum, & ab Italorum classe vexantur: Philippus Macedonum Rex, vt Italicis obstaret in Acharnatum fines properat. Ægiptij Regis Ptolomei, Rhodiorum, & Atheniensium legati Romanos cum Philippo conciliare curant. Rex Asię Attalus cum classe Ætolis, Italisque fert opem. Macedones, & Itali in Eleis dimicant: parum abfuit, quin Philippus occideretur. Dárdani in Macedoniam excursionem faciunt; quarè Philippus ex Achaia discedere, & in Regnum redire cogitur. Italici, & Asiatici Oreum, & Opuntium capiunt; sed, cum Philippus è Macedonia cum ingenti exercitu in Achaiam rediret, Itali, Asiatici, & Lacedemones ad sua se recipiunt. Ætoli à socijs destituti cum Philippo pacem firmare coguntur: quò audito à Romanis, ipsi etiam cum Philippo fœdus ineunt hoc pacto, vt Parteni, Dimallenses, Bargulenses, & Eugenij Italis obedirent; Anti-
B nates verò Macedonibus. At in Hispania Italici Asdrubalem Gisgonium Pœnorum ducem vincunt; omniq. orientali plaga potiuntur: Poenis tantum pars Hispaniæ, quæ est ad Oceanum, & ad Occasum relinquitur; pugnatur in Celtiberis: Carthaginenses fugantur: Itali Gades versus properantes capiunt, & depopulantur Origin: tandem Hispanias omnes acquirunt: cum Syphace Numidarum Rege foedus firmant. Hispani descifcunt; sed iterum sub Italorum imperium rediguntur: etiam Gadianites Italicis se dedunt. In Italia Ligures Ingauni, & Epanterij cruentum proelium committunt. Mago Barchinus ex Africa ad Baleares, indè in Italiam nauigat; aggreditur, capit, & depopula-
C tur Genuam; Alpinos domat; cum Ingaunis contra Epanterios se iungit. Galli Poenis fauent; qui capta Luna Thuscos magnis incommodis afficiunt. Interim Thuscorum, & Vmbrorum classis sub Ducatu Publij Cornelij in Siciliam nauigat: indè à Siculis aucta in Hispaniam mittitur; Hispani namque iterum defecerant; sed post nonnulla certamina duces defectionis interfecti sunt; & Hispani denuò Italicis deduntur: classis ad Italiam reuersa Locrum in Brutijs à Poenis occupatum recipit. Thusci ad Magonem deficiunt; verum defectionis poenas citò luunt. In Brutia inter Poenos, et Romanos pugnatur: Romani Petiliam, Consentiam, et Pandosiam recuperant. Italicus exercitus in Africam progreditur. Syphax Romanorum amicitiam contemnens Poenis adhæ-

ret.

ret. Massanissa Rex Masæsulorum regno expulsus ad Italicos confugit. Afri ad Vticam fusi sunt: Vtica obsessa: à Syphace, & Pœnis obsidione liberatur: tandem post multa prælia Italici Carthaginenses, & Numidas vincunt: restituunt Massanissam in Regnum: Syphax captus est: Itali ad Carthaginem oppugnandam properant. Annibal, vt patriæ subueniret reuocatur; Mago ductor Pœnorum, Numidarum, & Gallorum in Insubribus cum Italicis præliatur; eius exercitus fugatur; ipsi vulnerato, vt in Africam rediret imperatum est; propè Sardiniam Mago deficit; Itali classe Magonis potiuntur; Carthaginenses pacem petunt: quæ concessa est. Ab Atheniensibus quidam iuuenes sacrilegi puniuntur: quæ causa fuit, vt ab Acarnanibus, & Macedoniæ Rege Philippo Athenæ obsiderentur: Athenienses à socijs Romanis opem implorant: Italorum exercitus in Græciam mittitur. Macedones superantur. Abydeni à Macedonibus obsessi, nè in manus hostium venirent, à semetipsis trucidantur. Itali in Macedoniam progressi Antipatriam, & Codrionem occupant. Attalus Asiæ rex, & Rhodij Italis iunguntur. Macedones, licet multis incommodis affecti, attamen Atticos vexant; propè Epirum ab Italicis, & socijs fugantur: Philippus ad sua reuertitur, & Thessalos affligit: Itali, & socij Euboeam, Phocidem, & agrum Corinthium occupant. Achæi, & Lacedemones, in Romanorum amicitiam recepti sunt. Itali deuastata Macedonia, multis Ciuitatibus potiti vincunt in Thessalis Philippum; Acarnanes ad deditionem, Macedones ad petendam pacem cogunt. Per idem tempus Boij in Italia excursionem faciunt in Vmbros, Thuscosque; sed non modo eijciuntur; verum etiam illorum ager depopulatus est. Romani fœdus ineunt cum Liguribus Ingaunis; exercitus in Thuscos mittunt, qui defectionis concilia habebant. Insubres, Cenomani, & Boij cum Liguribus, & parte Thuscorum pacto foedere in Romanos, & in illorum colonos arma mouent, deprædantur deuastant, incendunt Placentiam; obsident Cremonam (sic namque à Romanis Pacantia, & Cormona appellantur) Romani exercitum in Transpadanos mittunt; & non modo quod Galli occupauerant, recipiunt; sed ex eis ccıɔɔ ccıɔɔ ıɔɔ. interficiunt. Insubres Galli, Liguresque alios milites in Romanos scribunt. Romani Consules cum exercitibus duobus contra hostes progrediuntur; horum alter Lunenses expugnat, Genuam petit; Clastidium, & Litubium capit; & Celelatos, Cerdiciatos, Euatos, & omnes Ligures domat: alter; cui se dedère Cenomani, sic vicit Insubres, vt ex eis ccıɔɔ ccıɔɔ ccıɔɔ ccıɔɔ cıɔcıɔ cæciderint; postea Boios superat; ccıɔɔ ccıɔɔ ccıɔɔ ccıɔɔ ıɔɔ. Boiorum desiderati sunt: Comonum à Romanis captum: indè Mediolanum: omnes agri deuastati sunt: Bononia deprædata; ad quam vrbem iterum à Romanis cum Boijs dimicatum est: inferiores sunt Romani: qui cum tertiò pugnassent, fundunt, & fugant Boios. Insubres, cæterique Galli Mediolanum recuperant; & pluries A B C

cum

cum Romanis pugnant. Celtiberi in Hispania deficiunt, & Italicum præsidium concidunt: illuc Marcus Porcius cum exercitu à Romanis mittitur; qui hostes vicit; sedauit Hispaniarum tumultus; Celtiberos castigauit. In Græcia Italici cum Lacedemonibus præliantur, eosque vincunt; libertatem Argiuis, Græciæ pacem concedunt. Lacedemones post pacem deficiunt; pugnant cum Achæis, & Italis, & superantur. Antiocus Rex Syriæ ab Annibale, & Ætolis hortatus, Italicis bellum indicit; cum exercitu in Græciam aduenit; cum Ætolis iungitur; multas Ciuitates occupat; Euboeæ potitur; & tandem è Græcia expellitur: Ætoli domantur: Antiocus in Syriam reuertitur; eius
A classis quassatur, & fugatur; eius nauibus Romani potiuntur: iterum Syria classis apud Myonesum ab Italicis, & Rhodijs disperditur: Italici in Asiam contra Antiocum progrediuntur: Antiocus ab Italis, & Eumene Attali filio superatur; ad pacem postulandam cogitur; pax conceditur: Eumeni, & Rhodijs plura oppida in Asia acquisita tribuuntur. Hoc tempore Romani cum Liguribus bellum gerunt; eosque pluries superant; multos ex ipsis interficiunt; eam oram peruastant; fugant, & debellant Boios; Bononiam deducunt Coloniam. Pars Thuscorum Vulterranis, & Fesulensibus principibus vnam Romanorum Legionem concidunt: quarè ipsorum ager vastatur: ipsi veniam implorant. Ab Ætolis, & Epirotis damnum Brutijs datur: Itali exercitus duos
B in Græciam mittunt; Epirotas ad deditionem compellunt; Cephalonios sub iugo ponunt; vincunt, & subijciunt Ætolos: in Asiam contra Gallos Græcos progressi, qui loca bello Antiochi acquisita populabantur, hos post nõnulla certamina debellant. Ipse Antiocus cum Italis firmat pacem, & amicitiam: idem Cappadocum Rex. Sed Romani cruentum bellum gerebant cum Liguribus; hi namque in montium asperitate confisi, post deditionem, & veniam iterum deficiebant: Tandem fri- * * * * * * *

Libri Quarti, & vltimi finis.

C

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

in Ci-

Burnia.

Cimmr-

Fraci-

G

K

L

Odium

Præto-

S

à Thu-

Thuscus

V

Pruden-

Vulter-

ERRATA

In Præfatione post *Æstu vrgente opus dimissum.* adde *Quam vis ego interim, forsitan plus æquo curiosus, locum pluries exercui, & Scarith nonnulla inueni.*

Pag. 4. C *Huic natus est* lege *huius Nepos est*. Pag. 66. *Phananenses se Thuscis* lege *Phananenses se vindelicijs*. Pag. 138. post *Curæ Ianiculensium.* adde *Hebanum, & Sabantium Saturniensium.* Pag. 187. post *Antius Dorius Senator, Legatus.* adde *Vulturrenus Tombleius, Senator, & Legatus.* Pag 278. *Occidentales Thusci* lege *Orientales Thusci*. Alia, quæ corrigenda se se offerent, Lectoris prudentiæ relinquimus.

Cum

Quæ hic apponimus repone supra pag. 91.

CVm optima lege sancitum sit, vt omnes, qui Ethruscorum in Collegio, olim antiquissimis temporibus Ethruriæ, quæ hodie Vulterra nuncupatur, quæ est prima inter Italiæ Ciuitates, Auguribus, Aruspicibusque fundato, adscripti sunt, aliquod Vaticinium, aut Monumentum, aut Historias, vel quid aliud posteris relinquant; ego Quintus Valerius patritius Romanus, Vulterranis optimè meritis non ingratus, qui, quamuis Romanis aliquando fuerint infesti; attamen Romanæ magnitudinis potissima causa fuerunt; nam non solum Romulum eorum Coritum fecerunt; verum ad Vrbem ROMAM ædificandam, & augendam armis operibus, & hominibus iuuerunt: tres colonias Romanis concesserunt: nos sacras ceremonias, magistratuum institutionem, & militares ritus docuerunt: decem nostrorum, quamuis inimici essemus, in suo ipsorum Collegio, semper benignè receperunt, & instruxerunt; atque me Augurum Præfectum in sex annos constituerunt; Ciuem, & Senatorem Vulterranæ Ciuitatis elegerunt: quarè quædam ab illis inuenta relinquere curaui. Ab Ethruscis inuenta sunt Sacrificia, Aræ Templa, Ceremoniæ, Sacerdotes, Diuinatio, Aruspices, Augures Fossa, Pomerium, Vrbes murius cingere, Nuptiæ, Regnum, Regni insignia, Fasces, Secures, Lictores, Sella eburnea, Annuli, Prætextæ, Senatores, Ordo Equester, Agricultura, Atrium, Columnæ, Militia, Ludi, Pugillares, In Cortice arborum scribere, Chartam ex linteolis contritis conficere, Obseruatio Astrorum in nauigando, Nauigatio, Hasta, Pila, Prætorium, Curia, & alia multa, quæ breuitatis causa omitto.

Quintus Valerius Flaccus, Augurum Præfectus Vulterræ in Collegio scripsit.

ADMONITIO In Præfatione post Typum antiquæ Ciuitatis Vult. repone eiusd. Nouam descriptionem. Post Octauius Capponius repone Penatum figuram. Ad finem Præfactionis repone Inghiramię Familiæ Arborem.

REGISTRVM

††††† ABCDEFGHIKLMNOPQRS TVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss.

Omnes sunt duerniones, pręter A simplicem.

Totius Operis folia 87.